infortunio commoti fuimus scriptimq; mox regie maiestati que
nobis de patre sincero et optime merito testificanda uidebantur
rogauimus etiam pontificem maximum ut litteras ad regem da
ret quibus relaxationem episcopi peteret easq; his obtinuimus pa
rias per casuale quendam tabellariū misim⁹: secūdas uero p lau
rentium rouarellam destinauim⁹: qui nuntius apostolic⁹ ad regē
pfecit et que quis tare hinc uenerint testimonii tamē prebēbit
nostre in episcopum caritatis. postremo que suades fecimus.

Congratulatorias enim epistolas eidem episcopo & misimus & me
remus. itaq; non est cur uerear is officium nostrum requir posse
de rebus curie nostre supersedimus scribere cum Nicolaus noster
creul te conueatur sit. ex quo cuncta uel minima que in italiis
geruntur abunde cognosces. reliquum est ut bene ualere studeas
archiepiscopiq; fideliter seruias apud quem tus obsequia non
erunt sine premio. nos autem semper tui memor es erimus. Cale
7 si Jacobus Letronis istuc est mille ei salutes nostro nomine di
cito. Ex Urbe Roma Kalen. augusti. Mcccclvii.

NEAS Cardinalis Senensis Johanni Lanuterba
chio. S.P.D. Ex Nicolaio nostro creuul tibi amicissi
mo cognosces que apud nos geruntur & quo nos in te
unimo sumus. nam quemadmodum te iam pridem dileximus ita
& nunc amamus cupimusq; tibi bene esse & si quando aliquid p
te facere possemus non esset in nobis mora. confidimus tibi be
ne futurum apud Archiepiscopum Salzburgensem. qui pro sua
singulori uirtute seruitus tuus debita premia non negabit. Cale
igitur & nos eidem Archiepiscopo ita offeras ut intelligat nos si
bi complacendi cupidos esse. Datum Rome Kalendas. augusti.
Mcccclvii.

NEAS Cardinalis Senensis domino de Rosis. S.
P.D. Magno merore afficerunt nos littere amicorum
quibus clarissimum & spectabilissimum filium tuum Hen
ricum diem clausisse extrellum cognouimus. doluimus certe illu
m flore sua iuuentutis ex hac luce migrasse cum multa & pio do
mo tua & pro inclito regno Bohemie facere poterat. cum uero il
lud molestissimum fuit q; senectuti tua & baculum & solamē ere
ptum esse videbamus sed cum cogitamus animi cui sapientiam
non dubitamus quin consolationem ipse rerum mortalium usus
tibi prebeat frequenter accident huc. sepe filii patres in morte pre
cedunt. raro ē senex qui plures ex suis filiis nō premisserit. tollerā
da sume hec nec dolore cōfūlum est ubi dolor nihil afferit. presidiū
Acquiescendū est diuine uoluntati omnia deus in usum meliore
conuertie. nihil ipse perperam nihil temere agit. ille sapiens hō
est qui ea uult que uella deum nouit. nos filium tuum in eo statu

in eo tempore uocatum a deo non ambigimus in quo illi melius
fuit exiūse hominem itaq; quamuis non dubitamus magnificen
tiam tuam quieto esse animo & ea uelle que deus uoluit. tamē p
nostro officio rogamus ut hec humana equa mente feras & quod
restat eui cum reliquis filiis tuis dulciter ac suauiter traducas id
erit nobis supra q; dicere polſimus acceptum. Diligimus enim
summopere personam tuam nec obliuioni dare possumus quanta
nos caritate in Cienna quondam complectebaris & deniq; semp
nobis ēt oculos est humanitas illa atq; urbanitas quā nobis et
procopto Rabensteyno ostendisti in Crumena uita enim nos ar
denti caritate & ut aiunt euisceras dilectione suscepisti. ut omni
tempore nos & tibi & natis tuis & his qui nascuntur ab illis obno
rios esse putemus. & hoc quides ostendemus si unq; se se facultaas
obtulerit. reliqua referet Nicolaus creuul capellanus noster dilec
tus quem tue magnificentie commendamus. cui tanq; nobis cre
dente fidem plenam adhibere uelis. Datum Rome Kalen. augu
sti. Mcccclvii.

NEAS Cardinalis Senensis Ladislao regi Hungarie.
S.P.D. Cum superioribus diebus Iohannes Garadiē
sis eps apud budam in uincula coniectus esset. id est tuo
iussu factum diceretur. egre id mihi duplii de causa fuit. nam et
presulsi intragerunt ac mihi amicissimi infelicitati cōpartiebar et
honorem tuum parumper obnubulari dolebam cum ep̄m de tua
serenitate optime meritum & doctrina predituz singulare tua sub
limitas in carcерem retrusisse affirmaretur. scripti itaq; mox excel
lentie tue que mihi in ea re facienda videbant p; glossis tus quē
admo. Cum fideles famuli benignis domiuis suis consulere aliquā
do solent. scriptit etiam sūncrisimus dominus noster semel atq;
iterum nam qui Garadiensem pontificem & uirtute & nomine op
time preditum intellectus non poterat ei cum indigna ferret nō
opticari. nescio an huiusmodi littere tuā sublimitatem adierint
illud nunc relatu est q; totā hanc curiam gaudio replete. non si
ne precipua ringenti laude tue sublimitatis. nam cū eps idē nō
tuo motu sed aliquorū potentū impulsu quibus nō facile resistere
poteras in captivitatē ductus affirmaret. nunc illud plane dicit
q; innocentem prelatum quem alieno impulsu ceperas. tua spōre

solummodo relaxasti. ex qua re patefacta est animi cui innata probitas et episcopi innocentia liquefacta. quippe sanctissimus dominus noster totusque cardinalium ceterus rectitudinez animi cui et singulariter prudentiam magnis extollunt precorius ego vero qui eum dem episcopum istum ducum virum probissimum esse cognoui eius singulari amicitia sum coniunctus non solum laudo circumspetionem et beneficentiam tuam: sed gratias quas possim tue serenitati. ago pro salute homini mihi amicissimo restitura. Intelliges non me minus ea de causa tue glorie obligatum est ipsum episcopum. eram etiam ante servitor sublimitatis tue multis de causis obnoscens sed accedente hoc beneficio nihil est quod iam mihi reliqui sit quin totum quod possim misericordia tue debet. Ex Roma nonas Augusti. ADCCCCLVII.

NEAS Cardinalis Senensis electo Gratianuensi: S.
P.D. Reuertitur ad partes istas dilectus capellanus no-
ster Nicolaus creuul canonicus Gratianuensis tibi istum
pridem notus ab eo senties quecumque apud nos geruntur et quis
animus noster erga te sit qui et tibi et domui tue nobilissime ratio
magis efficiunt quanto inde patris tui fratrem et tua erga nos
merita magis recolimus itaque non erimus in scribendo longiores
tantum dignationi tue Nicolaum commendamus rogantes si quae
sunt que per nos tua causa fieri possint ita de nobis confidas que
admodum ueri amici inter se consueuerunt. Datum Rome No-
nas Augusti. ADCCCCLVII.

NEAS Cardinalis Senensis Henrico senftleben. S.P.
D. Per Nicolaum nostrum canonicum Gratianuensem
qui nunc in Almaniam reuertitur non putamus necessari-
um esse multa scribere: ita enim repente facturus est iter ut mul-
ti eum precessuri sint. uisitabit enim quocumque in loco suo ex mo-
re copartes atque commatres. nec dubitamus eum cum ad te uenie-
rit quin voluntates italicas melius referre quam ab eo discere ualeat.
Itaque parcimus uerbis tantum rogamus ut in re illa Carmiensis ec-
clesie si quid ei committendu uideatur id pro tua prudentia facias. est
enim Gratianuas petiturus ut sit et uobis litteras habebit ad
episcopum illum credentiales ut si opus fuerit eis uti possit. reliqua ex
eo audias que fortasse licentia in decretis habebitis. uale et amicorum

nris nos effice comedatos. Datum rome nonas augusti. ADCCCCLVII.

NEAS Cardinalis Senensis Johanni cardinali sancti An-
geli. S.P.D. Que superioribus diebus apud nos gesta sunt
ea iam per alias litteras tue dignationi significauit. nunc sub-
sciam que secuta sunt. exinde scies quid sperandum sit quid ut timetur
cum communis christianorum cause: dominus noster sanctissimus nonnulla aduer-
sus Ursinos indignationem induit adeo ut etiam nepote suu ecclesia
sticte militie duce contra illos miserit. castrisq; sancti Gregorii ab
eis extorterit. nunc concordia tractat expectamus exitum rei pacisq;
magnopere cupimus. nam bella huic ciuitati caritate annone non p-
uam inducunt: sicut ipse sanctissimus dominus noster his diebus aliquam
tisper egrotus nunc diuino munere coualuit. cuius prudenter non
est dubium quin reipublica salubriter consulat. nepotes eius qui priar-
cham legatum in orientem sequuti fuerant. atque ibi ob quedam malefacta
comprehensi nudius quartus rediere. utque se criminare purgent. patri
archam criminant. sed domino nostro et sacro collegio cognita. est illius
legati integritas atque constantia nec sinistri quicquam de eo facile
creditur. an autem nepotes ipsi culpabiles sint ut legati nunc
tradut id alii investigent. ego et accusatores eorum equis surbo acci-
pio. Rex Aragonum bellum huc contra Genueses acerrimum. et nunc una
nunc altera pars naues in mari perdit. sed ipsa Genua miro modo affli-
cta est que non Regis tamquam sed etiam suorum exulium armis premunt. Peri-
nus dux eius magno uirilio et manu proptissimum miserios ciues ter-
ritat qui se non alio modo quam morte imperium positorum affirmat: et nunc
huc nunc alii ciues ad necesse rapit qui suis consiliis aduersat. Rex autem
per hos dies ut fama est insigne opidum Scarlunu nomine in Lu-
scia lucratus est. si uero est quod hodie mercatoribus scriptum ferunt
id erat in potestate domini Plumbanensis ob quam rem sunt qui
arbitrantur non quieturum regem nisi et plumbini domino patitur
quod si obtinuerit locum habebit oportunitatum. Unde Senen-
ses et Florentinos ac Genueses cum uelit lassisse possit. Atque
utinam non ex hoc pars italicica conturbetur. hoc est italia. Que su-
tem in Germania geruntur optime nouit dignatio tua. Lupio
scire ubi locorum atque gentium sis. quid agas quam bene ualeas et que
spes sit rebus agendis. sunt enim qui dignationem tuam egero

tantem se reliquise affirmant.que res mihi molestissima est .Eo propter suadeo horioz et obsecro ut sanitatis curam geras curescz ut aliquando reuertaris huc letus et sospes .qd omnes amici tui maxime cupiunt Ego uero nihil magis desidero q̄ te in domo tua Rome sepe uidere et alloqui ac p̄ ueteri consuetudine man suetudine tua et benignitate perfui non offero me dignatōni tue aut familie tue uel amicis aliquid apud summum pontificem p̄ cursturum nam et minimum est quod possum et dignatio tua potentissimos cardinales habet qui eius negotia fidelissime gerunt. itaq; non est cur mea indigeas opera.ego tamen quantulus sum et tuus semper fui et ero.ex Roma Nonas augusti. Mcccclvii.

NEAS Cardinalis Benētis Martino M̄spr. S.P.D
Tocunde nobis fuerint littere tue quas in causa Decani
Maguntini ad nos scripsisti erant in eis plures partes
quibus breuiter respondebimus. Longaudes de nostra ad Cardi-
nalamatum p̄ motione. non est ea res nobis dubia siquidē noster
honor tuus est et hanc dignitatem non minus tibi creditam q̄
nobis esse. equum est te arbitrari quando inter nos uera est sita
bilis amicicia que iubet inter amicos omnia existimari cōmunita.
Quippe si quando aliquid occurrit in quo uel tibi uel consan-
guinis aut amicis tuis prodelle possimus ostendem⁹ nos memo-
res esse ueteris benivolentie et dulcis usure quā simul in multis lo-
cis habuimus que scriperunt nobis principes electores et tu etiā
p̄ decano Maguntino non obaudiuimus. nam et si prepositura⁹
Clormaciensem apud nos libenter retinuissemus. concordauimus
tamen cum procuratoribus eiusdem decani de permutstione ue-
ram dictria principib⁹ q̄ tibi et ipsi decano quem iam cludum
cognouimus et amauimus re gratam faceremus. Nam nunc ope-
ram ut littere expediantur oportune. illud aliquantulum durum
est quod in calce litterarum tuarum scribis querelas scilicet ma-
gnas fieri de Romana curia que nationem Germanicam multis
incommodet modis. Quatuorq; capita tangis. unum est q̄ decre-
ta Constantiensis et Basiliensis conciliorum compactaque nationis
minime obseruentur et quis in hoc articulo omnia contineri vide-
antur tamē specificas q̄ electōnes canonice facte nou confirmet

et magna uis pecuniarum ab his qui beneficis consequuntur et
corquetur quod sub colore indulgentiarum et decimatarum uarijs q̄
modis ex Alamania pecunie hauriuntur et dentq; subiungis de
gratia nostra quā obtinuimus de beneficis in commendam haben-
dis quā insolita esse asseueras. cogimur ad hec non nihil respōde-
re et in primis quidem fatemur q̄ scribis inclitam scilicet nationē
uestram olim fuisse florentem et suis virtutibus Romanum impe-
rium meruisse. Adicimus tamen et illud Excellentissimam beati
Petri sedem postq; ille martirio coronatus est semper Rome fu-
isse in qua qui sederunt uicariatum christi tenuere. clavesq; ligan-
di atq; soluendi penes se habuere sive greci sive itali sive germani
aut ex alia gente fuere. nec nunq; regni celestis introire ianuaz
potuisse qui Romanorum pontificum auctoritatem cōtumaciter
contempserat. nec hodie illis gloriam⁹ esse qui auctoritate pro
pria leges sibi constituant quibus pro suo libito Romane sedis
iussiōes spernere possint. hos enim catholica ueritas nisi resipue-
rint ante obitu⁹ ignis eterni mancipio sine intermissione depurat
fatemur insuper aliquādo in Romana curia quā regunt homines
aliqua fieri que digna essent emendatione nec dubitamus ipsos
Romane urbis presulea etiam inq̄stum homines falli errare labi
ac decipi posse. sed ut ad querelas tuas ueniamus dicimus tibi
dignum esse ut compactata cum uestra natione seruent idq; sem-
per predictū et in futurū p̄ dicare non omittemus. Siquidem
nationi tue a qua plurimū sumus honorati non minus q̄
noſtre afficiuntur. Uerum cum dicis decreta Basiliē concilii non
custodiri idq; prius iniuriosum esse nationi indignam dicimus es-
se querelam tuam. propter decreta enim Basiliē concilii inter se
dem apostolicam et nationem uestram discidium cepit. cum uos
illa prius tenēda diceretis. apostolica uero sedes omnino reice-
ret. itaq; fuit deniq; compescitio facts in qua nos Imperatorio no-
mine interfuiimus ea certā legē dedit deinceps inuolabiliter ob-
seruandam per quā aliqua ex decretis concilii predicti recepta ui-
dentur aliqua rejecta itaq; nō iuste agis si per omnia seruanda esse
decreta contēdis. Sed uenio ad electōnes quas passim contēni re-
fers. hoc nos nō inuenimus ita esse ut asseueras. Nam postq; ex
Alamania hac uenimus plures ecclēsie cathedralē eiusdē nationis

vacauerūt in quibus uel postulatōes facte uel electōes fuere. de postulatōib⁹ nihil ē qđ obici possit. nā ille ex grā pēdēt etiā uetu sto iure. liberūq⁹ ē pōifici maximo eas admittere uel reicere. elec tiones aut si canonice fuerint cōpactatoz uigore cōfirmatōez me rent nec repelli possunt nisi de utiliori psona. roman⁹ pōtisq⁹ de cōsilio fratrū suoz sancte romane ecclesie cardinalium duxerit p uicēndū sed neq⁹ hic ē aliquid qđ reprehēdi merito possit de tpe dicim⁹ quo Ro. curia sequimur. neq⁹ enī iā biennio tantū ē quod hic sumus ulla electio huc allata est que rite & canonice facta cō parata sit. nā traiectōsis electio de qua magni rumores habiti sūt in personā excoicatā ceciderat. slie uero alios defectus habuerē itaq⁹ uides n̄ eē cur urā natio circa electōes iustā querelā hēat: qđ deinde subiūgūs extorqueri multū uiri ab his qui dignitates uel alia beneficia assecunt̄ nō ē cur de hac sede cōqueramini. sed po tius de cupiditate & abitione uestroy hoīm qui currētes p episco patibus inuenientēs cōpetitores. his quibus palatiū patet certatiz pecunias offerūt. illi uero qui alloqui pōificē possunt nō sunt oēs similes āgelis s̄z quales in Almania Galliaq⁹ multos reperias re cipiunt enī qđ offert̄ nō extorquēt. Roman⁹ aut presul solus in thalamo suo nūc hos nūc illoꝝ audit & illos pmouere solet qui magis cōmēdant̄ nec scit nec etiā arbitrae pecunie cā hos aut illos cōmēdatione preferri nec sibi plus uiri datur quā cōcordata permittat̄ nisi fortasse aliquā occasione expeditionis cōtra turcos aliquid super annata recepit qđ sibi pfecto nō fuit in tāta neces sitate negādū. habes ergo & in hac parte respōsionē nostrā. de pe cunius indulgentiaz miramur fieri querelā. nā ille postq⁹ collecte fuerant pfecto Ro. pōifici. arbitrio nō alterius erāt distribuēde De decimis quoq⁹ credim⁹ nō esse indignū quod refers. nā si alie nation's p expeditione cōtra turcos habēda decimas exhibent nō uideamus cur etiā Iheutones nō cōtribuant. laudam⁹ tñ i ea re debitos adhibere modos. Letez cū tota questio d pecunia uer rat̄ dicim⁹ hanc uetustissimā esse querelā que nunq̄ auferri potu it. semper enī sunt hoīes pecuniaz audi & quodāmō insatiables qui cū multa lucrari uelint exponere aliquā sacrificiū putant̄ nec ulla gēs est que animo equo ex regione sua asportari aux fe rat. Hungari Almanos ea potūlīmū causa detestant̄ & i regno

suo negotiantes multū uiri asportant̄. Eadem querela est Polo noꝝ. eadē Dacoz In Almania quoq⁹ quā plures gētes reperiem⁹ quaz altera incusant alterā quasi argenti sui extortricē nec curie uestrorum pontificum accusationib⁹ carent patet itaq⁹ longe la teq⁹ hoc genus querelarū. Cserum quis dicitis Germania uestrā quondam dicitissimā fuisse. nunc uero prius exhaustam ex om ni ere vacuam esse. nos contra sentimus. illud eudacter dicimus nunquam Germaniam ditionem fuisse qđ hodie. nūc ornatioez nunquam armis potentiorē si uni domino paruerit. Namq⁹ si legamus uetus tempora inueniemus Germānos olim ritu uic̄ ille barbaro. uestibus usos laceris. Cenationi tantum & agrorum culture dedisse operam. feroce quidem homines & belli appeten tes. sed argenti prius in opes. quibus quippe nec uini usus erat ipsa quoq⁹ Germania intra mare & Danubiu rursusq⁹ intra Rhe num & Albni continebatur. nunc uero quantum transgressa sit su os limites non ignoramus. Nam plus uere est quod extra nacti estis in Gallia. Recis Norico. Cindelico atq⁹ in ipsa Scithia seu Sarmacia quaz quoꝝ intus habuistis. Quid memoremus nobilis simas urbes uestrā & splendidissimā ditionē templa opulentissimos principes ac prelatos certe nō uidem⁹. pruincia esse que cō putat̄ omnib⁹ uestrā superet. qđ si resurgeret aliquis illoꝝ Iheu tonū qui tēpore Julii Cesarii uixit Germania peragaret ut Ari onistis pfecto diceret nō esse eā terrā quā oliz uiderat negaretq⁹ suā esse patriā cū uineaz & arboz fructiferaz cōfitiones. uestitus hoīm. urbanitatē ciuiū atq⁹ etiā splendorē urbiū tantaz nitidam policiā apud uos contueretur uex hāc mutationē quis fecit in uo bis nī religio christi. cultus quippe christiane religionis & uobis barbariā oēs expulit atq⁹ ita expoliuit ut iā greci ipī barbari uos aut recete latini appellari mereamini. cultū aut̄ salutifere religio nī si uerū fateri uultis roma uobis & apostolica sedes dedit que predicatorēs ad uos mittens idolorum relinquerē cultum & uerū deum colere docuit plus est hoc martine qđ aurum & argentum. plus est quod accepistis qđ quod datis. itaq⁹ decet uos accepti beneficiū memoriae esse. quod quidem tantum est ut nulli pos sit thesauro compensari. transimus modo ad eam epistole tue partem que nos concernit dicitis nos & alios plerosq⁹ sancte

Sancte Romane ecclesie cardinales insolitas apud uos referuatores habuisse indeq; multos exoriri rumores nos & Adentes, oīz cardinalem & alios nonnullos similibus usos gratiis compertum habemus & ab illis litterarum nostrarum formam extrahimus. reprobendia q̄ hec ligere compageatis aduersari videant̄. dicim⁹ nūl in eis esse contra ea que concordata uocantur nisi fortasse il lud recenseatur q̄o etiam monasteria referuari uidentur in quibus electioni locus esse debet nos de hac parte abunde satisfacimus domino nostro duo enim diximus eius beatitudini. Primum q̄ nullius monasterii electionem impedire uellemus. Alterū q̄ nūl lum monasterium acceptaturi essemus contra uoluntatē eius principiis in cuius ditione situm esset. & ita procuratoribus nostris decidimus in mandatis quod si putas etiam collegiarum prepositurarum electiones confirmandas esse. necq; debuisse nos earum reservationes acceptare longe falleris. nam concordata ipsa dignitates primas post Pontificales & in collegiatis ecclesiis principales apostolice sedis dispositioni permittunt. in aliis autem bene ficiis inferioribus habet ipsa sedes suos menses: q̄ si super huius modi beneficiis ac dignitatibus reservationes obtinuimus accepi mus a summo pontifice quod nobis concedere potuit sine cuius piam iniuria. Sed arbitris fortesse beneficia que in Germania sunt germanis potius committi debere q̄ extraneis nec nos alii sentimus. Sed cum nos iam annis supra. xxiii. Germaniam incoluerimus non reputamus extraneus existimari debere cumq; Imperatori ipsiq; nationi longo tempore summa fide magnis laboribus seruierimus & nūc ad cardinalatū recepti ea curem⁹ que nationis ipsius honori atq; utilitate conducāt & ita pro sus agim⁹ ut natōi germani potius q̄ itali reputemur. Nō iudicuim⁹ trib⁹ illis princiis Adagutine Coloniensi Treuerensi indignū uideri aut graue censeri si annua duo milia ducatorū in eis obtinerem⁹ ex illis beneficiis que sedes apostolica conferre haberet. Putauis sem⁹ etiā maiora in eadē natione cui sēper seruium⁹ spōte offerri. s̄ nō sum⁹ nos insatiabiles. Cotentiamur eo qd p̄ debiti stat⁹ cōseruatōe sufficiat nec plura circa hoc qd aut opes tuas ad id offeras ut grē nī fructū cōsequamur. agim⁹ tibi gr̄as qui p̄tes amici n̄ negligi idq; rogam⁹ ut iterueniētē caū oportuo. p̄f⁹ efficias

Q̄is que sit mens nostra & quomodo gratiam nostrā restrictam esse uolumus siqua prepositura uacauerit aut ecclēsia "parochia" lis magni redditus uelis ita efficere ut ad complementū gracie nostre peruenire possumus. Deniq; requiris an aliquid dicendum faciendum ue sit circa eam partem que nationem uestram & apostolicam sedem concernit. Respondemus uenturum esse ad prius C̄pes electores nuntium apostolicum Laurentium rouarellaz cū eo poteris super hac re plenus loqui sibiq; cūucta communicare qui pio sua circumspectione non ignorabit qua uia sit in talibus incedendum nobis tamen illud consilium uideretur q̄ predati & principes uestri si qua in re gratiam sibi non digna inferri pertinet. legatos suos ad Romanum pontificē mittere non postponerent & que sunt illa in quibus grauarentur expōnerent. Peterēt q̄ debitam fieri reformationem. nam sedes ista pio sua insita manuetudine uotis uestris que quidem ratione subnita essent nūc denegaret assensum. Nos autem etiā paruz ualemus studia tamē nostra semper in eo dirigemus ut inclite nationi Germanice dū equa postulauerit mos geratur. Sale optime nosca archiepiscopo Adagutino cui oīo veteri noticia sumus affectissimi effice commendatos Ex Roma die octaua augusti. Mccccclvii.

HEAS Cardinalis Benensis episcopo Laradiensi.
S.P.D. Quantum de capiuitate tua indigna & acerba doluimus tantummodo de liberatione gauisi & sum mōpere exhilarati sumus. quippe non solum dignationi tue cui⁹ bonitas ac innocentia magnifice parefacta est. verum etiam serenissimo regi Ladislao congaudemus cuius beneficentia & animi rectitudo indies magis ac magis eluciūsset. nāq; sicut nobis relatum est cum persona tua in arce Budensi retenta fuit minime animus regius ad eam rem inclinatus erat. sed seduxerunt eū eōp̄ consilia qui tue virtuti inuidabant. nec rex adhuc iuuenulus & in regno nouus magnis consultoribus aduersari audebat. cessit furor loco & temporis illud tamen caut ne quid in corpus tuū emuli uolirentur sed nūc que sua mens fuerit aperte liquet. nāq; qui alieno consilio atq; importunitate dignationem tuam in carcerem coniecit. idem suopte ingenio libertatem tibi restituit. ob

quam rem nemo est qui non intelligat capturam tuaz ab emulsiis
tue p[ro]p[ter]is liberatione uero ac salutem a solo rege p[ro]cessisse est
igit[ur] q[uod] tu serenitati regie quoadmodum hacten fecisti ita q[uod] in
posternum summa cu[m] iregritate seruias nos aut et ceteri qui te amamus
gratias referamus q[uod] nos quidem minime negligimus eram⁹
hactenus occupati ut liberatōem tuā litteris apostolicis et nostris
p[ro]curarem⁹ quas bis regio culmini transmisimus querum p[ro]missas
mox intellecto nouitare transmitti cursuimus alteras uero lauren-
tius rouarella nūc ius apostolicus secū acculit cui etiā uerbo pro
curatio tue salutis nobis amittentibus commissa fuit sed intelligi
mus eu[m] tuā dignationem iam restitutā libertati inuenturū quod
quidem gratissimum est nam et regatari regi q[uod] supplicare lōge
est prestans et honor tuus maior p[ro]culdubio redditur cū non
precibus sed innocentia libertatem tuā concessam esse manifester
liqueat rogamus igitur deinceps bono animo sis et iocūde uiues
de nobis uero transq[ue] de veteri et fideli amico fiduciam obtineas.
sciens q[uod] uotis tuis que quidem nostra in potestate fuerint nūc
deerimus. Hale et reverendissimis patribus strigoniensi et sancti
angeli cardinalibus apostolice sedis legatis si quando cum eis co-
uenies memoriam nostri facito. Datum Rome die decima Au-
gusti. Mcccclvii.

NEAS Cardinalis Genensis Lasimiso Regi Polonie.
S.P.D. Cū uacaret nuper ecclesia Carmiensis conuenien-
tes canonici eius in Bolognia maiori et cogitationes de fu-
turo pontifice uota sua in me direxerunt postulantes a summo pontifi-
ce ut ecclesia illa miseriatur et fecerūt serenissimi princi-
pes domini Imperator et rex Hungarie atque Bohemie consanguinei et affines tui. Annuit Beatus p[ro]p[ter]ez precibus et sumo
cardinalium consensu ecclesiam illa miseri comendauit. mitem p[ro]
pe die p[ro]curatores meos ad serenitatem tuā cu[m] litteris apostolica
quibus precor ut ad possessionē capienda necessarios uelis impar-
tiri fauores scio enī q[uod] sine tua opera par p[ro]ficerent. cū iam Pru-
scia in manu tua pene tota esse ferat. intelligā me magno mune
re donatū a tuis misericordiis si mei p[ro]curatores ut non abigo tu
is adiuti presidiis ecclesie predicte possessionē consequāt facies re-

gratissimam summo pontifici et sacro collegio simulq[ue] Imperato-
ri et rege Hungarie quos non dubito maiestati tue pro me scrip-
turos esse ego uero consabor noctes diesq[ue] omni studio et diligen-
tia tue serenitati me gratu[m] ostendere atque ita efficere ut miseri p[ro]
fuisse tuā clementiam non peniteat iamq[ue] pro mea uirili in sa-
cro collegio honorem tuum tuta recepi namq[ue] cum ageretur de
Culmensi ecclesia pro qua scripseras essentq[ue] qui omnino illaz co-
mittendam esse dicerent procuratori magni magistri ordinis be-
te Marie Theutonicorum ego prius restituzi mesq[ue] suasione fac-
erum est ut res suspensa sit cum tue maiestatis preconia simulq[ue]
genitoris tui et germani qui p[ro] fide catholica in bello contra tur-
cos obiit clarissimas virtutes retulism⁹ quibus auditis sanctitas
apostolica q[uod] prius inclinata erat ad promouendū p[ro]curatorem
ordinis mox sententiam mutauit decrevitq[ue] supersedere ut inter
ea tempora aliquid de concordia et pace illaz partium tractari pos-
sit et medio tempore rectorem aliquem sive administratorem illi ec-
clesie dare qui tue serenitati merito displicere non debeat. Cerū
ego pro ea qua tua culmini deuotione officior audeo suadere idq[ue]
utile arbitror ut tua serenitas simul cu[m] illis de terra Pruscie ora-
tores suos ad sedē apostolicā mittere quātotq[ue] studeat uiros pie-
stabiles et auctoritate insignes qui offerentes viam iuris ac concor-
die cum aduersariis coram sanctissimo domino nostro c[on]suras ec-
clesiaticas in terra Pruscie quomodo fulminatas aut tolli aut su-
spendi petant Spero enim eo modo res magnifice ad honorem
tue sublimitatis et illarum partium tranquillitatēm conduci pos-
se cum sanctissimus dominus noster ad hec optime sit inclinatus
et multi sint in sacro collegio cardinales reverendissimi maiestati
tue affectissimi inter quos est reverendissimus domin⁹ Rothoma-
gensis. ego uero minimus inter omnes nihil omittam ex his que
ad augmentū status et glorie pertineant tue sublimitatēp[ro] cui me
humillime recommendo Ex Roma die ultia augusti. Mcccclvii.

Alictus Episcopus seruus seruorum dei Larissino in p[ro]p[ter]o
filio federico Romano Imperatori Augusto salutem
et apostolicam benedictionem quamvis apostolice sedi
sicut placuit altissimo presidentes es nos semper cura tenuerit.

et uidelicet natione Germanice pro nostra possilitate compleace-
remus et omnibus illis ad nos recurrentibus facilis ac benignas
preferemus aures. nuper tamen sicut nos relatum est nonnulli
et venerabilibus fratribus nostris ac dilectis filiis nostris libris uir
Romani Imperii electis et aliis plerisque principes ac prelati na-
tionis eiusdem dicta quadam fure conuentu inter se celebato ora-
tores suos ad te miserunt quod de nobis deo curia nostra non par-
uam querelam facientes inter cetera expouisse feruntur quod nos
diuersis modis nationem ipsam aggrovantes que inter te nomine
nationis et antecessorem nostrum felicis recordationis Nicolaum
Papam quintum concordata fuerunt minime adimplere aut ob-
seruare curemus. quibus ex rebus et si non dubitemus serenitatez
eiam pro sua erga romanam ecclesiam optimis deuotione illorum
querelas scriber ac debite confutasse. dignum tamen putabimus
super his que nobis obiciuntur sinceritatem et innocentiam nostram
tue sublimiori perspicuum ac manifestam efficere ut si quando
posthac similes querimonie ad tuas aures deferantur. habeas et
nostris litteris quod murmurantibus ac detrahentibus hominibus
respondere atque obicere posses. equidem cum nos omnes christia-
ni orbis nationes benigne quantum cum deo possumus tractare
curemus. precipue tamen Germanicos principes ac prelatos sin-
gulari quadam caritate et precipuo prosequiti sumus affectu. ne
quod enim nos laetet quo fauore amplectendi sunt ecclesiarum presu-
les. et quo seculi principes honore preueniendi ut illos fratrum et
istos filiorum loco sua cuique dignitate seruata habere debemus
sunt euangelio sacra semper ante oculos nostre metis. sanctiorumque
patrum decreta seculo in animo uoluimus. nouimus quid episco-
pis licet. quid principes deceat. quid officio summi sacerdotis in-
cumbat. neque cordi nostro quicquam tenacius heret quam ita sacros
canones obseruare ut ydonei ministeriorum christi dispensatores
inueniamur nota est omnibus apostolice sedis auctoritas. manife-
sta cuique prime sedis dignitas. uulgata per orbem. uicarii dei po-
testas cui dicitur est a domino pascere oves meas. et quedamque li-
gaueris super terram erit ligatum et in celis. et reliqua quibus in
euangelio. Romani presulis eminentia diuinitus declaratur. qui
bus ex rebus non est cur aliquis opera nostra criminari possit tamquam

latius euagemur quod nobis licet aut tanquam in alienam messem fal-
cem mittere uideamus. cum non huic aut illius priuincie sed uni
uersi orbis presulatum in apostolice sedis specula consequuti su-
mus. que cum ita sint scimus tamen eos qui uocati sunt in parte
sollicitudinis non esse turbundos. suamque cuique iurisdictionem ni-
si forsitan abutantur seruandam esse non ignoramus. ea propter
ita nos gerere in hanc usque diem curauimus ne qua de nobis cui
uis hominum querela competere possit. nec putamus aliquos esse
qui se lebos aut spretos a nobis dicant nisi forte aliqui fuerint
qui desideria sua non recte metentes tunc se contemptos aut gra-
uatos arbitrantur cum petitionibus eorum iniustis non annuimus
sed audiuius rumorem esse tanquam nos aurum ex natione tua su-
pra quod deceat extorquesmus. Inuariantur profecto nobis et si
vero longe recedunt qui talia dicunt. nihil unquam nostro nomine
ab his extortum est quibus beneficia contulimus ut illi garrulem.
nihil exactum nihil petitum preter annatam uetusto iure debitoz
At si qui contra Turcos pecuniaria nobis subsidia obtulerunt. si
recusauimus nec recusare quidem debemus pro tanta christiane
religionis necessitate. Pecunias autem huiusmodi et alias undecim
que uenientes non usurpamus nobis non recondimus in archa non
exponimus in localibus non consumimus in deliciis sed in defen-
sionem fidei conuertimus et in oppressionem perfide Turcorum
gentis ad nostrum exterminium semper intente. Innumerabiles
sunt et intollerabiles nobis quas indies subimus expense. nunc in
orientem legato classis nostre nunc in Albaniam Scanderbechio
fortissimo christi achilete indefessis bellatoris. nunc legatis et orato-
ribus in diuersas mundi partes emisis. nunc istis nunc illis per
Greciam et Asiam laborantibus ne destituti periclitent pecu-
nias mittimus. nec fuerunt inanes huiuscmodi sumptus. licet. ne
nobis in domino glorieri qui per ministros suos torquentibus ac
pene dormientibus cunctis ferme christianis principibus nobis ta-
tummodo instantibus atque urgentibus turcorum superbissima cor-
nua et insolentissimas acies apud Hungariam confregit magnu-
m illum et potentissimum exercitum prostravit. qui sibi non Hun-
gariam modo sed Germaniam totam Galliam atque Italiam per
terrere. legesque christi fidicis eucrtere promittebat. Itaque liberavit

dominus populum suum sub pres. lato nostro plebemq; suaq; ex
ipsis quo^c ammodo fauibus crudelissimi Leonis siue immanissi
mi Dracoris eripuit nunc quo^c classis nostra Rhodis tuer^t Ep
prum dicitur Chium et omnes in orienti christiani nominis
insulas que sine tali presidio haud quam Turcorum naibus
indies incursantibus resistere potuiss^t: quod laudabil^s est ac qd
uino nobis munere concessum non tantum quas dipinuit insulas
Legatus noster sua prudentia et armorum robore tutatus est: sed
alias plerasq; Turcorum domino seruientes ad apostolice sedis
deuotionem obedientiamq; redigit nouissimeq; non pauc^s eorum
dem turcorum uariaq; ad oppugnandas christianorum insulas ex
euntia potenter inuasit debellavit in potestatem recepit. nec Al
bania ingruentes Barbarorum impetus proximis diebus inclinat
potuisset nulli nostrarum interuenissent pecuniaru auxilia que Sc^a
derbechio misimus in his nos rebus pecunias consumimus in his
pfundimus quicquid undecimq; corrodere possimus suri uel argē
ti honorem dei non nostrum querim^s pro salute populi nobis co
missi labioramus non oro priuata utilitate nostra curamus ne no
stro tempore christianum nomen spuriissimi turcorum pedes con
culcare possint. sed non sunt hec onera que nos soli portare que
mus uel sedes apostolica valeat per seipsum tollerare. facim^s ta
men quod possumus et quiescentibus aliis qui nobis auxilio es
se deberent instamus acceleramus urgemos nihil omittimus
ex his que facultates nostre permitunt. necessaria nobis de
trahimus ut incumbenti necessitati pro parte nobis possibili
subueniamus: que cum ita sine audienc tamen nonnulli pax
quidem religiosi et ad commune bonum minus intenti nos
redarguere. quod ab his pecunias recipimus qui promouen
tur quamvis sponte oblatas in classem contra Turcos emis
sam quod quam inique agunt iam plane prospicis: sed siue
pleriq; concordate de quibus mentionem super fecimus per
nos minime obseruari affirmantes electiones Episcoporum ali
orumq; prelatorum nos paruipendere ac prius obicere quod
pari modo neq; uere neq; iuste nobis obicitur. neq; enim elec
tiones prelatorum in Germania factas quouis pacto contem
nimus neq; ex concordatis omnes passis electores confirmav^s tenemus

Sed illas tantummodo que canonice reperiuntur. quod quidem
et nobis diligenter custoditum est. Nunquaz enim aliquam electi
onem reiecamus quam repperimus esse canoniam. Chiros autem
quam plures illis ecclesiis siue monasteriis preficiimus in quibus
electis etiam minus canonice pretendebantur. Quod si aliqui sūt
qui confirmationem petentes non obtinuerint. sume autem paucis
sumi Sciant se idcirco ex sua petitione cecidisse quia nec canonica
fuerat eorum electio nec promotio ecclesiis ac quass uocabantur
fuisse utilis Potestate autem illa que nobis ex diuino atq; huma
no iure simule concordatis ex predictis competit prouidendi ec
clesiis de persona magis idonea etiam si canonica in illis electio
sacra reperiatur adhuc non sumus usi nec uti proponim^s nisi ex
magna et urgentissima causa. Super reservationibus autem cere
risq; beneficiorum prouisionibus de quibus similiter accepimus
querelas coram tua serenitate fuisse prepositas non sumus memo
rea aliquid et nobis esse concessum contra concordata predicta.
Quod si quid tale factum est ut sepe in multitudinem litterarū
ac negotiorum aliqua transirent neq; bene digesta neq; bene reui
ta non est intentionis nostre aut ordinariorum mensibus deroga
re. aut concordatis ipsis contravenire. Quinimumque muis liber
tima sit apostolice sedis auctoritas nullisq; debebat pactionum
uinculis coherceri. ex mera tamen liberalitate nostra ex zelo quez
gerimus ad pacem ex caritate qua te tuaq; nationez prosequimur
Concordatis ipsis locum esse uoluimus: nec patiemur ea temere
uolari dum romane sedis gubernacula retinebimus Si quid piete
rea est qd ipsi nationi molestū uideat ex his que pdeut ex nostro
solio Idq; fortasse dignū emēdatione cesef. possum^s. n. et nos ut
hoies aliqui labi atq; errare in his matie que facti sūt nō dec^s epi
scopos aut alios quosvis mortales super apostolicā sedē auctori
tate sibi uedicare. aut illos imitari quoquomō qui pessimo more b
estabiliq; exēplo i pnicē ecclesiastice Ierarchie i cōfusione mixti
corporis Christi in animaz suaz ruinaz leges sibi cōstituūt. p quas
licitū sibi esse arbitratur apostolice sedis mādata cōtēnere ac pio
suo voluntatis arbitrio ecclesiastica disponere spiritualiaq; ne
gocia: nam qui talia presumunt alieni sunt. dicum patrem su
um appellare nō possunt. qui mār. in eccl. siā ecognoscet: nolūt

Sed tanquam membra uel putrida uel arida a reliquo corpori resci-
di debent>nulli enim permisso facultas est ut contra romanam ec-
clesiam omnium fidelium matrem ac magistrum recalcitrare pos-
sit, uel se ab illius imperio subtrahere. Commedendus est una in
domo paschalis agnus, manere oportet in archa regnante diluicio
cui cura est ne pereat, unus deus una fides unum baptismus, unus
christi uicarius in terris est qui celos benemerentibus aperit. clau-
dit autem malignantibus si quis autem arbitratur secum non be-
ne agere apostolicam sedem recurrere ad eam debet grauamē su-
um exponere, remedium petere, numquā pia mater filiorum desi-
derio deerit, quod uiderit ad salutem eorum pertinere. Ecce tu er-
go Serenissime Imperator, si quid arbitraris tue nationis pietati-
bus habere quod per nos emendari debeat, admone eos hortare
et urge ut ad nos ueniētes suas nobis necessitates exponat gravis
minā referant desideria proferant, nam uotis eorum que a ratio-
nis tramite non discordent tanto libenter annuemus quanto co-
fidentius eos ad nos recursurum habere uidebimus, ceterum quod
carissimum in christo filium nostrum Ladislauum Hungarie ac bo-
hemie regem illustrem nondum reconciliatus tibi esse percepi-
mos, sed adhuc inter te atque ipsum lites esse feruntur peringentes quā
uis non dubitamus pro tua te sapientia ea cūm patet seu querer
seu uelle que sint equirati ac iusticie consona quia tamen discon-
dia uesta tanto magis nos angit quātromagis christiane reipub-
licam resulterat Serenitatem tuam rogamus ut ante oculos tuos
ponas primum cum quo contendis et ubi contendis quia cum
carne tua cum sanguine tuo cū fratre tuo et in domo tua in agris
paternis, in hereditate auita bellum geris, in quo nec perder nec
vincere tutum est, cōsidera quod tu Imperator es aduocatus ecclae
si protector fidei catholice primus inter seculi principes, primus
qui arma pro defensione religionis nostre induere debeas, confide
ras quod tu ille es in quem omnium christianorum oculi coniecti sunt
qui si quādmodum tibi ex officio incumbit aduersus impiazzatur
corum gentem arma promoueris uniuersos ferme reges ac pri-
pes ut te sequātur prouocabis, labētemque rem christianam magni-
ficē subleuabis, sin uero domi māseris aliis occupatus curis nō
erie qui bellum christi gerer uelis, eris quod tu ipse causa cur nostro

tempore fides catholica negligatur, intellexisti que fecerunt turci
superioribus annis ut Constantinopolis orientalis imperii caput
ac totius Grecie culmen inuaserunt ut urbes quā plurimas incen-
derunt, ut christianum sanguinem effuderunt, ut altaria eueterū
ut sanctorum reliquias canibus obicerūt, ut imagines dei nostri
glorioseque matris eius aut lanceis effoderunt, ut sputis lutoque
turparunt, scis que nunc cogitant que parant que moluntur, uul-
lum illis studium ardenter nulla cura propensior est, quaz ut ea
agent per que possint christianam gentem funditus perdere, am-
cula uerbera neca fidelibus omnibus communatur, prope est eorum
gladius et adesse feltinant tempora, et tu interim ac patruelis tuus
arma que merito in hostes fidei uerterentur contra subditos et us
sallos uestrós exerceris, dices fortasse quievissez nisi me magna ne-
cessitas impulisset, sed parate fuerunt insidie misi, hereditas mea
in periculo posita est, coactus sum arma pro defensione mes cape-
scere, Inuitus pugno cum sanguine meo possibile est quod aīs ni-
hil inficiamur, age sint uera que refers omnia, sit iustissima tua causa
et iustius est pro christo pugnare et maior necessitas est hereditate
christi quam tuam defendere, si tua perit est adhuc ubi salueris sim
perit christi hereditas quod tamen nullo pacto futurum putam,
et tuam hereditatem perire oportet et christiane reipub., fundame-
ta corruere, cogita igitur de communi periculo propterea et maiora mi-
noribus antepone, exquirito omnes vias quibus cuī patruelis tuo
quācumque sanguine iungeris tantum dilectione et affectu sincero
copuleris, nec illi imputes quoquomodo que per alios etati tene-
re subgeruntur, audiūmus dilectum filium nobilem virum Lodo-
uicum Bauarie ducem inter te et ipsum patruelem de pace actu-
rum in Austria descendisse, credimus et dilectum filium nostrum
Johannem Cardinalem sancti angelī apostolice sedis legatum
quemadmodum sibi scripsimus eisdem tractatibus interfuturum.
Age flece animum et amplectere bona mente concordiam, noli
omnia que tibi debentur exquirere esto contentus his que potes
obtinere nec graueris pro bono pacis de tuo iure paucā dimittē
deus pro cuius causa pacem accipies maiora tibi retribuet, com-
mendabunt omnes sapientiam tuam que furori temperantiam ar-
rogantie humilitatem, duricie mansuetudinē tenacitati largitate

obiecerit. Sit finis aliquando ciuilis et intestine discordie ut tam
dem cum patruelte tuo reconciliatus et tu et ipse ceteriq; germani
ce terre proceres quorum consueuit in armis esse invicta uirtus u
nitis iam uiribus ac concordibus animis in turcos militaris signa
feratis. infelices christianos qui per greciam captivi merentur a iu
gis seruitutis eternaria ac regiam ciuitatem que de Constantino
cesare nomen habet q; turpiter pridem amissa fuit eaz gloriose re
cuperetis. Nec scriptimus tue serenitati non sine fiducia singula
ri pro ea qua tibi et inclite nationi tue ingenti caritate sumus affe
cti. Tuus est ut hec tam bono animo recipias q; sunt a nobis opti
mo corde piolata. Datum Rome apud sanctum Petrum pridie
Kalendas septembri. Ad ille simo quadringentesimo quinquegesi
mo septimo dicitur per Eneam cardinalium Benensem.

NEAS Cardinalis Senensis Othoni et Ludouico Ba
varie ducibus. S.P.D. Obtinuisse tandem ecclesiam ra
tisponens Reuerendo patri Ruperto filio et nepoti ue
stro commendari. Satisfactum est desiderio uestro merebatur incil
ta domus uestra exaudiri in suis precibus nec talis est ecclesia Ra
tispanensis que vel probiciat vel nobilitati eius de Ruperti sati
faciat. dito tamen obstante petitionibus uestris etas scilicet pro
mouendi minor et capituli ipsius ecclesie desiderium a quo erat
alius electus. non indignus neq; ignobilis. sed cum reperisset pie
tas domini nostri electionem ipsam minus canonicam esse et hinc
electi inde Ruperti merita libraret pretulit deniq; nobiliorem.
nec putauit in etate momentum esse faciendum quam rante do
mus claritas communis. est igitur uestrum recognoscere hoc be
neficium ab ipso sanctissimo dño nro qui et si fecit quod debuit.
honorandus est tamen iuuandus et extollendus qui hoc tempore
nobilitatis cultor et conservator existit uerum cum ecclesiam Ra
tispanensem que olim florenteissima fuit et a progenitoribus uestris
fundata magnis opibus abundauit. iam pauperem ac pene ruen
tem et undiq; laceram esse intelligamus nobilitatem uestras roga
mus obnixa ut postq; ad uestras manus reddit et caro uestra illi
preceps ita efficere uictis ut palam omnibus fiat uos non uerbo
sed opere ipsius ecclesie protectores et aduocatos epistole. sic

uobis commendata cleri libertas. dare operam ut distracta et in
pignorata bona absq; grauamine cleri recuperentur. sit ipse Rup
ertus ouium suarum non lupus sed pastor. sit canoniconum et aliorum
clericorum non tirannus sed pater. meminerit quia iubet aposto
lus ne dominetur in clero sed tanq; forma facii gregis ecclesie p
fidiamus. mouerit non se ecclie sed eccliam sibi commendam
esse. commendamus deniq; excellente uestre uenerabilem Henr
icum de Hasperg cuius electio non suis demeritis sed propter ob
missas iuris solemnitates rejecta est. Dignus est certe cui Ruper
tus et qui res suas gerent non insultent sed compatiantur non in
iuriantur sed fauent potius et ipsum ament. Est enim uir bonus et
cuius nobilitati ingenii correspondet mores etenim manifesta e no
bis eius probitas. nam licet multa in eum quiesca sint testimonia
ad eius famam denigrandam nemo tamen repertus testis est qui
eius honori detrapserit. possumus est uir bonus non modicam iacturam
venit. Romam cum granibus expensis fuit hic ex parte anni qua
do est ardenter et periculosior aer et perpessus est complures
labores et tandem succubuit. prosequebatur causam suaz querebat
que sibi debitum existimabat. fecit quod ceteri mortales agunt. nam
quis e qui electus in epm alicuius ecclesie non conetur electores suam
tuari et a summo pontifice confirmatoe obtinere qui epata querit in
quit apostolus bonu opus querit. ueru ea usus est modestia ea gra
uitate in suo iure psequendo ut nullius unq; honori detrapserit nul
lis fame preuidauerit. nullius persona in discrimine adduxerit. idem
secere et qui cu eo missi sunt a capitulo. testes nos sumus coram qui
bus ca agitata e q; quis i electu ipsu et eligentes nonnulla etia criminis
obicerentur per procuratores ruperti. ipse en electus et sequaces eius
nihil aliud quesiueret q; se purgatos atq; innocentes ostendere. de
Ruperto nihil unq; reprehensione dignu dixerit. sed tam ipsum q;
progenitores suos et excellencias uestras ipsamq; beatissime domum
cum magna ueneratione cu summa reverentia et singulari quadatz
maiestate nominauerunt quibus ex rebus iustum et supra q; iu
stum esse putamus ut eundem Henricum et qui cum eo uenere
commendatissimos suscipiatis etq; fauentes ac consiliis et auxi
liis assistentes quod est uere nobilitatis erga eos ostendatis que
uicisse contenta non insultat uicto. sed uictum se je iscentem.

eleuat et in partem felicitatis assumit. hec pro nostra erga uos caritate et inclitam domum uestram affectione dixisse uoluimus quod uis scremus nobilitatem uestram quod scribimus per seip[s]as id fuisse facturum. Datum Rome die quarta septembris. Anno Mcccclvii.

NEAS Cardinalis Senensis Othoni et Ludouico Bauearie ducibus. S. P. D. Annuit sanctissimus dominus noster precibus uestris ac ratispanensem ecclesiam Reuerendo patri domino Ruperto filio et nepoti uestro commendauit uoluisset apostolica pietas eam ecclesiam multo maiorem et ditionem fuisse et talem que nobilitati et moribus ipsius Ruperti satisfaceret sed qua liscuncus est recipi debet alacri animo et habende sunt in gentes gratie eidem domino nostro qui ualde libenter desiderio uestro studuit coplaciere. commendamus igitur excellentie uestre ecclesiam ipsam et clerum eius quamvis certi sumus fundationes progenitorum uestrorum in manibus uestri sanguinis constitutas felicibus incrementis augendam esse. insuper quis uenerabilis uir Henricus de Hasperg qui fuit electus a capitulo in prosecutione iuris sui modestissime se habuit. idemque fecerunt qui cum eo misserunt ad confirmationem electionis petendam. dignum censimus ut eos benigne recipere et tractare uelitis non permittentes eis aliquam inferri molestiam uel iniuriam. nam cum ipsi tam de prefato Ruperto quod de uobis et inclita domo Bauarie cum summa semper ueneratione loquuti sint et prosequendi ius suum honestam causam habuerint non esset conueniens eos propterea facere aliquid ferre. scimus hec per se nota esse prudenter uestre; ideo non plura scribimus. tantum rogamus ut si qui sint qui eos in conspectu uestro crimini uoluerint tanquam litigando in hac curia homini uestro detraperint nolite illis credere. sed nobis potius fidem prebere coram quibus est causa agitata et qui uobis ueritez scribimus. Datum Rome die septima septembris. Milesimo quadragesimo quinto quinquefimo septimo.

NEAS Cardinalis Senensis Henrico senfleben. S. P. D. Scripsisti nobis his diebus frequentes litteras per quibus gratias agimus tibi qui ueri et optimi amici officium

imples intelleximus illarum disturbia portium. dolemus principes ueistros non tam se benivolentia quam sanguine contigere cuius rei culpam non ipsis ascribimus sed illis quorum uoces perteris audiuntur. infortium est hoc nostri temporis ut tunc potissimum diuisi simus cum expediret maxime unitos esse. sed dabit deus his quoque finem. pro electro Cratislauensi laborauimus diligenter et tandem confecimus quod perebatur. nam tria milia ferme duca[rum] remissa sunt. in qua re intelliges et Clenceslao que fuerint partes nostre rogamus esse cum maiestate regia ab ea litteras oportunas impetrare ad serenissimum Polonie regem et alios ut opus esse putabis duplicates. nam ipse Clenceslas offert se item nomine suorum dominorum in poloniam et nos statim mittimus Bartholomeum canonicum Clarmensem cum litteris et procuratoris oportunitate et necessarium est quod ambo habeant litteras regias. poteris uti praesidio dominorum ducum Bauarie Ludouici et Othonis ad impetrandas litteras regias. nam nos eisdem ducibus per hos dies non parum obsequium fecimus. qui repugnantibus fere ceteris cardinalibus sanctissimo domino nostro sua simus consanguineum eorum Rupertum ad Ratissponensem ecclesiam promouendum esse cum eissemus commissarii et alterius electionem inuenissemus non ualere mittimus litteras credentias litteras quarum uigore poteris eis supplicare ut tibi assistant ad regiam litteras impetrandas Procopio et Nicolao scribimus quos arbitramur suos fauores non negatueros Cardinalem sancti angeli uellemus spud uos esse ut eius summa sapientia litteras austrialice componerentur. rogamus ut nostras litteras sibi transmittas et dicimus cures ut uenientibus dictis Clenceslao et Bartholomeo litteras que necessarie sunt in promptu habeantur. de nouitatibus harum partium pauca sunt que scribere possumus. eaque sunt. huiusmodi ut supra in littera Imperatoris. Quale optime die septima septembris. anno Mcccclvii.

NEAS Cardinalis Senensis Imperatori Federico. S. P. D. Accepi superioribus diebus litteras tuas super negotio concernente reverendum patrem episcopum Iaurinensem introduci ad sanctissimum nostrum nuntiu[m] tuu[m] obtinui

litteras fieri secundum desiderium maiestatis tue quas idem nū
tius apparet supplico serenitati tue digneris ita sacre ut capi
tanus Clochestein non sit nimis onerosus illi ecclesie laurinen
gia re vera multum exorbitat et gravat clerum tua maiestas sem
per pia fuit et sacre religioni affecta continuet in hac sua gloria
tua pietas nec patiatur a suis officialibus uerari clerum quem se
per misericorditer tractauisti hec dico quia cupio semper honori
tuo bene consultum esse. accepi et alias litteras quas in facto Ra
tisponensis ecclesie transmisisti Ruperto fauentes iam ille promo
eus erat ad ipsam ecclesiam quia reperta fuerat electio capituli
inuallida. causa mihi commissa erat et ego in consistorio relatione
feceram postquam dominus noster considerauit scripta que prius tua
maiestas miserae fundata super electione canonica non dubitauerit.
quoniam ea reperta inuallida promotionem Ruperti commendares.
quod etiam ego ita putauit futurum. ita complacitum est illi no
bilissime domui insuper gratias ago magistrati tue pro litteris sen
tissimo domino nostro et sacro collegio super factum Clarmiensis
ecclesie in meum fauorem missis. nunc cum idem dominus noster
ecclesiam illam mihi commendauerit supplex oro ut digneris lit
teras oportunas in bona forma scribere ad serenissimum Polonie
regem subscribendo illas manu propria ut maior uideatur affecto
rogantes eum ut procuratoribus meis possessiones ipsius ecclesie
affignari faciat. Cenier enim infra paucos dies unus et procurato
ribus ipsis ad serenitatem tuam pro litteris accipiendois quem cu
pro celeriter expediri de nouicatiis harum partium hec tantum
modo scribere possum. Reg Aragonum maximam et potentissimam
habet in mari classem ministri Genuensis sed aliis quamplu
ribus terrotum inicitur: comes Jacobus piccininus cum exercitu re
gnum Apulie exiturus est prope diem. dicit se contra Sigismun
dum maltestam armam sumpturum. sunt tamen qui senensis et
qui ecclesie Romane timendura putant. Ursini et comes eversus
inter se contendunt nec finis potest inueniri discordie. Cardinalis
de Ursinis quasi papam timeret ex urbe iam pridem recessit et in
de similitates non pauce exorte sunt inter ipsum et romanum pre
fulem. missus est tamen modo per collegium cardinalis sancti mar
ci qui eis apostolice pietati reconciliat. nescio qui fructus sequet

non sumus sine periculo intestini belli si Ursinorum domus im
plicata remanserit: Ex orienti nouitas allata est. fratrem cardina
lis Portugensis ueneno perfuisse in Cypro qui regnaturus eo p
fectus erat ac filiam regis superat Turcorum classis. Mitilenem
insulam magno conatu ueptura fertur sed auxilio illi erit legato
apostolicus cum triremibus suis et rhodiensi manu alia que scriba
non habeo. commendo me humilissime sublimitati tue ad cuius
mandata semper ero paratus. Ex Roma die undecima septem
bris. ad ille simo quadrage simo quinq uing simo septimo.

MEAS Cardinalis Genensis Ladislao regi Hungariae
S.p.D. Quae scripsi mihi super negocio Ursiniani
sis electi curauit diligenter atque peregi quae res esset dif
ficiis et pecuniaria Bestius est mos tue serenitati et remissa est ele
cto magna pecunie pars: laborum quoque ut satisficeret desiderio
tuo circa Ratisspanensem ecclesiam et obrente est tua uoluntas. p
secus est enim illi ecclesie illustria princeps Rupertus Bauarie
dux consanguineus tuus. fui ego in ea causa commissarius et que
admodum debui constans sum eam relationem facere que uerita
te eidem Ruperto utilis esset. feci id libenter quia intelligebam
me sublimitati tue simul et inclite domui Bauarie complacere et
ecclesie illi bene consulere nec plura de hoc. Clerici serenissime
reg cum tua pietas digna fuerit sanctissimo domino nostro pio
me scribere atque instanter supplicare ut ecclesia Clarmiensis mihi
commendaretur. idque iam factum sit rogo et obsecro ut ceptus co
tinuans beneficium serenissimo regi Polonie sororio tuo urgenter
scribere digneris pro possessione ipsius ecclesie meis procuratori
bus danda. quemadmodum Henricus sensteben decanus Ursin
ianensis tue sublimitati latius declarabit necessarium esse. Idem
etiam celititudini tue nouitates harum partium quas sibi scribo se
rio ius exponet nec alia in presentiarum nisi quod me tue sublimita
ti iterum atque iterum commendo ad eius semper mandata para
tum. Ex roma undecima die septembri. ADCCCLVII.

MEAS Cardinalis Genensis Procopio Cancellario-

Bohemie. S.P.D. Quamvis raro nobis scribis ex nicolao tamē simulq; Henrico senftleben intelligimus te ueterem erga nos be niuolentiā im retinere & omni officio ueri amici satisfacere. non re petimus que pro nobis fecisti. sunt enim plurima. nec nos hi su mus qui referre gratias ualeamus illud tamen quod possumus fa cimus. reā amus magnificenciam tuam & anūnum habemus para tum omnia facere que tibi grata sine & nobis possibilia id offendere mo si quando pro uenerabili Germano tuo preposito uicegra densi aliquid acciderit. quod sibi utile futurum putemus & in no stra potestate consistat. interea 10zam⁹ te ut perseveres in officio caritatis & tui Enee semper memineris. Insuper quia mittemus prope diem procuratores nostros cum litteris apostolicis ad capi endam possessionem Carmiensis ecclesie si soleam haberi poterit Rogamus amiciciam tuam ut eas litteras impetrare uelis a re gia maiestate quas henricus predictus dixerit oportunas nam to tum pondus huiuscemodi rei consequende in serenissimo rege ipo Hungarie ac Bohemie consistit ut qui ceperit perficiat. erimus nos in eternum sue maiestati & tibi obligati: quippe qui eam eccl esiam suo & tuo fauore chtiuemus consubimurq; semper nos gra tos ostendere. credimus cardinalem sancti angeli iam apud uos constitutum esse. quod si ita est commenda nos sue dignationi tanq; patri ueneratu dignissimo. Que sunt apud nos nouis scribi mus ipsi Henrico tibi communicanda. seruer apostolica mens de siderio exterminandi turcos. sed principes christiani inter se dissi dentes pium eius propositum prouersus deserunt. deus meliora pre beat q; speramus. Cale optime Ep Roma die undecima septem bus. ADCCCIYII

NEA8 Cardinalis senensis Johāni cardinali sancti an geli. S.P.D. Breues more tuo scripsisti ad me nup epi stolas uidi eas libēter qui significabāt te et Bosna reuer sum ppe Hungariā degere ac bñ ualere. quod p̄iceteris m̄hi io cundiss. m̄ fuit. spero hec scripta mea repertura esse in Austris personam tuam intermittores gentes utinam ita fiat. Nam pre sentia tua futurum opinor ut principes illarum partium prouersus componantur. At enim Episcopus Cardinalis Papiensis.

se cum anno superiori ageret in Austria omnes lit: & inter Impe ratorem & regem Hungarie adeo atrenuasse. ut parum ad integrā concordiam superfluerit. compouissetq; omnino partes ipsas ut est opinio nisi coactus fuisset Norimbergam ascendere & christino igitur haud dubie dignationem tuam sine debito terminaturam quod ille infectum reliquit. si tamen ita est ut compositioni tam parua ut referunt res defuerit. utcumq; sit elaborandum est in eo negocio nec minus erit composuisse Imperatorem & regem q; turcum deleuisse. & ego quidem hanc coronam tue dignationi au guroi & opto. Nouitates harum partium non dubito intelliges et aliorum litteris ei me tamen hec pauca habe. Rex Aragonum maximam habet in mari classem galearum supia. ppp. nauiz one riarum. vii. minorum nauigiorum q; plurum dicit se iturum in Lachaloniam ut inde fortior redeat contra Turcos. indeq; factū est ut rex Portogallie aduentum suum suspenderit. Benuenus hanc regis classem contra se armatam putant. simulq; cum' eis lo rentini & Benenses timent. certitudo nulla est quid tandem rex intendat. comes Jacobus piccininus cum exercitu circiter quinq; milium bellarorum exiturus regnum fertur. territat ecclesiam si mulq; senenses cum se contra sigismundum mislatestam profec turum minatur. Ursini & comes eversus adhuc inter se litigant. Cardinalis de Ursinis iam pluribus diebus e curia recessit uel tuis ne quid sibi sinistri accideret. Cum papa exercitum misisset aduersus fratres eius. Nunc rex Aragonum Ursinorum familiam in suam protectionem recepisse fertur. Timor est ne Romanus a ger nouis inuolueretur litibus. Missus est tamen cardinalis sancti Adarci ex parte collegii ad ipsum dominum de Ursinis ut si pos sibile sit controversie componantur. Dominus noster sanctissim⁹ iterum duas galeas cum pecunia ad legatum mittit in orientem facit pius pater quod potest. sed relinquitur a principibus nec solus potest tāri bellī molem sufferre. Imperator turcorum cōtra Adilensem missurus classem fertur nō modicam. sed dominus Insule spe legati fretus & auxilio Benueſium nauale bellum in trepidus manet in Albania dicunt Scāderbechium magnalis p petrasse contra turcos quod si uerum est melius tua paternitas re uerendissima que per id temporis prope fuit exploratum habuit

cupio ut tandem redeas nec uelis triennium completer nisi priuilegia contra turcos excitari possa confidis commendo me dignatio ni tue ad eius semper mandata paratus. Et Roma die undecima sepmbris. ADcccclvii.

NEAS Cardinalis Senensis Nicolao Liscio. S.P.D.
Grate fuerunt nobis littere tue quibus germanica nego-
cia significasti utinam melius se res haberent. Sed defer-
da sunt que nobis tempora dantur. sicut deo ut principes illi no-
stri aliquando concordes sunt. ne qui sunt sanguine proximi odio
disiungantur. gaudemus pro copium conualuisse et nostri memorie
esse. cupimus nos sue magnificentie sepius efficias commendatos
scribimus regie maiestati et sibi de litteris necessariis ad obtinen-
dam ecclesiam Carmensem. rogamus in ea re tuo more sis uigil
et ita efficias quemadmodum Henricus Senftleben expetierit qui
conditions ultius patrie nouit. et noster est fidelissimus amicus
ab eo scies que sunt hic nous. fluctuamus et nos more hominum
navigantium frater tuus Colaterrus repetitur. Italia multis in lo-
cis perte laborat. sed potissimum Sena. namque bello afflita fuit.
et caritate annone nunc quod tercium erat moibo languescit. Ua-
le et nobis sepius scribe. datu romae undecima septembri. ADcccclvii

NEAS Cardinalis Senensis Arico Rieder. S.P.D.
Recepimus litteras tuas quas reddidit nobis Jacobus
Imperatorie maiestatis nuntius. Agimus tibi gratias pro
litteris scriptis in favo ecclesie Carmensis. Scimus enim te eas
dictasse et expediri fecisse nunc opus est ut alias iterum expediri
facias ad serenissimum regem Polonie et alios prout opus fuerit
quemadmodum latus te admonebit. pecunior noster quem sta-
tim mittemus ad possessionem capiendam super facto iurinensi
expedimus litteras iuxta desiderium maiestatis imperatorie quae
ipse iacobus secum apportabit. rogauit ipse nos ut concederemus
sibi pecunias. concessimus primo sex aureos et deinde iterum ro-
gauit nos ut alias pecunias sibi mutuaremus pro redito necessa-
rias. fecimus illas sibi concedi per bancum et obligauimus nos
pro eo intuitu maiestatis imperatorie cui debemus omnia. uolun-

temus ergo ipse habuisset aliqua scripta vel maiestatis eiusdem vel
tua libenter sibi subueniemus tamen quis nuntius imperatoris
est noluimus eum derelinquere sicut ab eo intelliges. rogamus
eas operam cum eo postquam redierit ut nobis satissimae intellexi-
mus de dispensatione tua. erimus cum correctore et videbimus
quid faciendum sit scito ergo littere nulle possunt obtineri gratis
ab isto papa nisi pro persona imperatoris si uia ergo exponamus pe-
cumias pro te scribe nobis et libenter id faciemus. quis quamvis
pauperes sumus adhuc tamen pro te inueniemus centum aureos
cum opus fuerit. habebis cum presentibus literas ad Johannem
hinderbachium. rogamus eas sibi mittas ubicumque fuerit. et nos
sublimitati imperatorie commendes ad cuius mandata paratis
mi sumus. Datum Rome die undecima sepmbris. ADillesimo
quadringentesimoquinquagesimo septimo.

NEAS Cardinalis Senensis Johanni hinderbachio. S.
P.D. Laborauimus diu cui causa aduersus aduersarium
tum super prebenda Ratisponensi et denique peperimus
tibi pacem obtinuimus. namque prebendam promisi Ratisponensi da-
ti domino hummannio ut tibi quies esset et ita factum est. hoc scri-
bimus ad consolationem tuam. rogamus ut nos imperatorie ma-
iestati commendes et tuues nos ad possessionem habendam ecce-
sie Carmensis. Vale optime Et Roma die undecima sepmbris
ADillesimo quadragesimoquinquagesimo septimo.

NEAS Cardinalis senensis Ludouco Bauarie duci sa-
lutes plurimas dicit. Veniet ad excellentiam tuam uene-
rabilis vir Henricus Senftleben et aliquis nostro nomina
referet cui rogamus ut plenam credentie fidem prestare uelis et
in his que uice nostra petierit benignum impartiri fauorem quem
admodum de tua erga nos caritate plene confidimus. ab eo etiam
scies negocium ecclesie Ratisponi. pro tuo desiderio expeditum
esse in qua re fecimus quod uires nostre potuere ut honoris tuo sa-
tisferet. Datum Rome die undecima sepmbris. ADillesimoqua-
dringentesimoquinquagesimo septimo.

MEAS Cardinalis Senensis Ludouico duci Bavarie. S.
p.D. Sigismundus Schieril bone indolis adolescentis
piumus hoc uenit in causa Ratipanensis ecclesie primus
q̄ litteras tuas nobis reddidit instetit die noctuq̄ diligenterime
laborans ut desiderio tuo satisfacceret cum iam res sit ad uotum
expedita dignus est qui benigno fauore traretur. Rogamus igit̄
ut ruperto administratori Ratiponensi consanguineo tuo eum
commendare uelitis atq̄ ita efficere ut de primo beneficio uaca
tura ei conuenienti sibi omnino pvideatur. redderis enim merce
dem condignam suis laboribus q̄ nobis singularem complacenti
em facies qui eum iam pridem nouimus q̄ p̄ sua uirtute dilepi
mus. Datum Rome die undecima septembribus. Anno cccclvii.

MEAS Cardinalis Senensis Martino mayr. S.p.D.
Sunt nonnullae tue nationis homines parum peiñi habē
tes quibus Romani pontificis auctoritas neq̄ necessaria
esse uidetur neq̄ a christo instituta. contra quos hanc epistolam
scribere et tibi transmittere decreuimus ut si quando tales te ho
mines adierint habeas ex nobis quo gladio et orum temeritatem
confodias. nam eos non solum scripta iura refellunt et auctoritas
ecclesie longe lateq̄ diffusa. sed ipsa quoq̄ naturalis ratō eius ad
uersa est que lex nature immobilis et inuariabilis adeo firma est ut
neq̄ epicheiam ferat. Audi ergo quomodo istos reuincimus re
fellimus prosternimus cum christianis nobis questio est qui euā
gelium recipiunt et Christum dei filium pro nostra salute incarna
tum et passum fatentur. hi nobis aut quaq̄ negabunt sacramenta
in ecclesia ab ipso dei filio esse instituta quibus ad salutem nr̄m
utimur. Baptismi confirmationis. Eucaristie Penitentie Ordinis
Maiestatis et Inunctionis extreme quorum unum quod est princi
potissimum scilicet ordinis aliorum duorum que potissima esse ui
deretur Eucaristie ac penitentie ministerium in se continet. Nam
sacerdotes hac potissimum causa sunt instituti ut purgantes per
penitentiam homines a peccatis suis et in gratiam dei redeentes
ypdoneos faciant ad Christi corpus participandum. Deinde
corpus Christi consecrantes illud eis administrent.

Quidem autem ita natura compertum esse ut omnis potestas
que ad principalem aliquem ordinata est effectum inferiores po
testates sibi subseruientes habeat qđ maxime in artibus apparet
nam arti que formam materialē inducit alie subseruant qđ ma
teriam predisponunt et rursus ars illa que formam inducit alteri
seruit ad quam pertinet finis effecti operis. nam qui ligna cedit ar
ti manufactiae deseruit. et hec rursus gubernatorie. illa uero mili
tari uel iconomice quemadmodum nauigatio ad diuersos ordina
tur fines. cum ergo potestas ordinis in eum finem constiuita sit ue
purgatis hominibus corpus Christi ministret. palam est inferiores
ordinis ei deseruire ea preparantes que ad hoc op̄ necessaria sunt
et infimi quidem sacerdotali deseruunt populum prepa
rantes. Ostiarii quidem arcendo infideles a cetu fidelium. Lecto
res instruendo catecuminos elementa fidei tradentes propter qđ
eis scriptura ueteris testamenti legenda comittitur. Exorciste ue
ro eos purgant qui demoniorum uestigatione a sacramentorum per
ceptione impediunt atq̄ ita hui tres ordines disponendi populi cu
ram habent. Est et quartus accolitū ordo cui uasa non sacra cre
dita sunt in quibus sacramenti materia preparatur. Subdiaconi
uero ministerium habent super uasa sacra et super dispositiōe ma
terie nondum consecrate. Diaconi autem ulterius processere. ad
ministrant enim atq̄ contingunt materiam iam consecratam p̄ spi
sanguinem populo dispensantes. subseruunt autem omnes hui or
dinis sacerdotali etiam in preparatione populi. Meas diaconibus
comittitur euangelica doctrina preponenda populo subdiaconibus
apostolica. Accolitis luminum commissa est cura quod ad solemnī
tatem doctrine proculdubio pertinet atq̄ ita hui sex ordines ad
septimum referunt qui sacerdotalis appellatur. at cum ordinum
huius collatio cum sacramento quodam perficiatur. Sacramēta
uero ecclesi dispensatores requirunt ydoneos. necessarium est su
periorem aliquam potestatem esse in ecclesia altioris ministerii qđ
ordinis sacramenta dispensem. hanc autem maiores nostri episcopi
palem appellauere que equis in consecratione corporis Christi sacer
dotalem non excedat superat tamen in his que ad regimen popu
li pertinent. meas et ipsa sacerdotalis potestas ab episcopali deriu
tur. et que sunt ordines circa populi curam episcopia reseruantur.

nec sacerdotes ipsi dum corpus Christi conficiunt rebus aliis ut
tuncq; per episcopum consecratis ut altari calice uestibus.est
igitur manifestum summum regiminis quod in populo christiano
geritur ad episcopalem pertinere potestarez.Clerum quamvis po-
puli per diuersas dioceses ac ciuitates distinguantur sicut tamen
una est ecclesie sponsa Christi ita et unum oportet esse populum
christianum .7 sicut in uno populo speciali unus requiritur episco-
pus ad quem summa rei differatur ita et in toto populo christia-
no per necessarium est unum esse totius ecclesie caput. unum rec-
torem atq; magistrum ad quem marime queque et difficultia refe-
roneur cumq; ad unitatem ecclesie conservandam illud potissimum
requiratur ut una sit omnium fides. circa ea vero que fidei
sunt questio[n]es varias suboriri contingat unum esse principem
unumq; caput oportet et supernum iudicem qui questio[n]es ipsas
dissoluat.alioquin sententiarum diuersitas ecclesiam ipsam diui-
deret ac resolueret unitatem quemadmodum factum esse fidem
ante concilium nicenum dum sibi quisq; uiuebat et ad Romanos
ecclesiam parvus habebatur respectus. et nos quidem palam ui-
demus omnia qui tempestate nostra peregrina inueniunt dogma-
ta et errores predicta illud in primis sibi usurpare ut ecclesie ro-
mane auctoritatem et principatu[m] diffireantur. At cu[m] christo deus
noster sponsam suam ecclesiam tam seruenti amore dilexerit ut
sanguinem suum pro ea fuderit crucis tormenta perpessus nequa-
quam credendum est eum in his que necessaria sunt ecclesie non
oportune consuluisse cum de synagoga per Isaiam dicat quid
ultra facere debui uine mee et non feci. itaq; cum necesse sit
ad perfectum regimen unum preesse a quo ceteri dependant
minime dubitandum est quin ex ordinatione christi unus ecclesie
presit et hunc nos romanum prefulem appellamus. vulgus papaz
nominat. insuper cum ecclesie regimen ab eo institutum sit per
quem reges regnant et legum conditores iusta decernunt non est
ambigendum quin ecclesie regnum optime sit ordinatum. Opti-
mum autem multitudinis regimen illud est quod ab uno geritur
id autem ex fine patet nam finis optimi regiminis pac est et unitas
subditorum. Unitatem autem que pacis est nutrit nemo dubita
uerit longe melius ab uno scrupuli q[ua]d a plurib[us]. Chus.n.dignitati

congruit. ob quam rem non est ambiguum quin ecclesie regim-
ni tanq; optimo presit unus. hic accedit quod in apocalipsi Jo.
sit se scilicet uidisse Jerusalem descendenti de celo et adorari
mandatum est ut omnia ficeret secundum exemplar ei monstra-
rum in monte q[ua]ibus ex rebus quid aliud intelligimus q[ua]d militan-
tem in terris ecclesiam instar esse triumphantis in celo. At cum
in illa unus sit dominus dicente eodem Jo. rursus in apocalipsi
Ipsi populus eius erunt et ipse deus cu[m] eis erit eorum deus quis
non intelligit ecclesie militantis unum esse principem oportere.
recte igitur Jo[nah] primo scripsum est. Congregabuntur filii isrl
pariter et ponent sibi caput unum. dominus quoq; apud Jo. sit
fiet unum ouile et unu[m] pastor. Et ad ephesios. Doctor gentium
Paulus solliciti inquit seruare unitatem spiritu in vinculo pacis.
Ch[ristus] corpus et unu[m] spiritu sicut vocati estis una spe vocatiois
uestre. Ch[ristus] domini una fides unu[m] baptisma unu[m] deus. sed dices
foras unu[m] caput et unu[m] pastor ecclesie christus est qui est unu[m] et
unu[m] ecclesie sponsus et hic cuncta gubernat. nec opus est aliuz ad
hibere pastorem. Ch[ristus] est argumentatio tua. Nam cum omnis
ecclesiastica sacramenta Christo ipse perficiat. ipse est enim qui
baptizat et qui peccata dimittit. ipse est enim uero sacerdos qui se
se obtulit in atra crucis. et cui[u]s uirtute corp[us] eius in altari cotidie
consecrat. possemus dicere sacerdotes minime necessarios esse.
q[ua]nto sit absurditatis nequaquam te latet. Scis enim eum
dem Christum cum ex hoc mundo transitus esset ad patrem
quoniam corpore abs futurus erat elegisse ministros per quos sacra-
menta fidelibus dispensarentur. eadem igitur ratione necessarius
fuit aliquem eligere cui universalis ecclesie curaz committeret q[uo]d
fecit. dicit enim Petro ante ascensionem sua pasce dues mess. et a[re]te
passio[n]em tu inter[dict]a firma fratres tuos. et rursus Petro scilicet ait. tibi
dabo clavis regni celorum. quibus uerbis palam ostendit patrem
clavium p[ro] Petru[m] ad alios deriuandam ut ecclesie seruaret unitas. nec
fas est dicere haec dignitat[em] petro data ad successores eius non deriuari
nam r[es] ecclesiae usq[ue] ad fine seculi duraturam instituit. secundum illud
Isaie. ix. c. sup soliu[m] David et sup regnum eius ut confirmet et corro-
boret in iudicio et iusticia a domino et usq[ue] ad sempiternu[m]. nam po-
testas apud eos qui cu[m] p[ro]prio uxore ita instituta est ut ad posteros

derinaretur pro utilitate ecclesie usq; ad consumationem seculi. **A** hoc est quod ipse saluator ait ad Mathei ult. Ego uobis sum usq; ad consumationem seculi. Itaq; liquet unum esse pontificem qui presidet ecclesie uniuersae et hic Petrus post Christum fuit. Illo autem uita functo successores eius ad Calixtum usq; tertium ppi uicariorum tenuere, nec dici potest aliam quempiam ecclesia hac pierogativa gaudere, nec ipsam quidem Hierosolimitanam in q; fuit officina nostre salutis, et cui Jacobus frater domini magnus pefuit apostolus. Nam christus cum uicarium suum Petrum elegit ei loco hanc dignitatem concessit, quem Petrus ipse suo sanguine consecravit. Hierosolimitanam autem ecclesiam quis Nicena synodus ab omnibus honorandam esse uoluerit saluum tamē esse decrevit ius cesare palestine que tunc eius erat metropolis Romana igitur ecclesia ut sacri canones aiunt a domino et non ab alio caput omnium est constituta que principis apostoloruz ac ceteris gentium sanguine dedicata ibi apud se celeste regnum habere meruit ubi terrenum usq; ad summum creuerat imperium. Nam sicut romulus et remus in ictum ibi mortalis imperii fecerunt, ita Petrus et Paulus celeste regnum fundauere. Datum Rome tercia idus septembrie. A.D. cccc. lvii.

NEXUS Cardinalis Beensis Martino Lancellario archiepiscopi Aguntini. S.P.D. fuit nobis epistola tua non minus iocunda q; grata. Ex qua ualitudinem tuam simulq; coniugis tue bonam esse cognouimus et natum esse tibi filium quem archiepiscopus Aguntinus pro sua benignitate ex sacro fonte leuauerit quod tibi et honori esse et utilitati non dubitanus. Fuit deus ut filius ipse tibi superstes sit et tue virtutis heres atq; doctrine. Audiuimus deinde que vir probus ac modestus Ligandus eiusdem archiepiscopi secretarius tuo nomine nobis exposuit que duo principaliter fuere. Primo enim que fiunt a pud Aguntinus de sanctissimo domino nostro et ipsius cura in dies querele narrauit ex ordine. Secundo retulit quo animo sit idem Aguntinus erga Romanam ecclesiam et ipsum dominum nostrum sanctissimum et quomodo ad obuiandum peruersorum hominum machinationibus necessariuz tibi uidetur intelligentia

quadam fieri inter sanctissimum dominium nostrum et ipsum archiepiscopum. intelleximus etiam per que media condem intelligentia recipiendam esse putas sunt non parva que nobis significas neq; illotia attingenda manibus facis nobiscum ut amici cum amicis solent. libere atq; aperte loqueris et confidenter que geris in animo patet facis. id uero ex amore fieri cognoscimus teq; veteris amicicie memorem antiqui seruare morem animaduertimus cujus simul in noua ciuitate degeremus. nihil enim tunc tam arduum fuit nihil tam abditum atq; secretum quod alter nostrum non communica ret alteri facias probe qui logo licet locoz intervallo disiunctis nobis nihil putas reticendum esse faciemus et nos idem erga te aperiemus tibi omni exparte animu nostrum atq; ut amicicie nostre coenit summa cum libertate loquemur. considerauimus igitur in primis que dicuntur contra summum pontificem atq; germanos fieri murmura. nec miramur siquidem nullus unq; beati Petri locum tenuit qui nec latrantum dentibus impeteretur. nec magnus putamus si quis tertio detrahit Calixto. cum magistro eius scis mus detractum fuisse Christo. uera est enim saluator ipse nec poterit ueritas nostra mentiri q; non est discipulus super magistrus nec seruus maior domino suo. Germani tamen si uerum fateri uelint similiterq; reliqui christiani nihil habent cur de Calixto murmurare possint nisi q; cum pontifice tradidit nobis deus quo digni non fuimus neq; enim huius sanctissimi presulis mores plebi sue conformes existunt qui cum diuinam in terris agat uitam angelus potius debuit q; hominibus prefici. nihil piua pater quod suum est querit cogitatus suos omnes iactauit in domino honorem ppi saluatoris nostri defensionem fidei decus ecclesie. salutem plebis toto conatu toto studio tota mente perquirit nisi fuisset exacta ipsius solertia et incredibilis ad commune bonum sollicitudo. iam turcorum feritas non Hungariam modo protriueret. sed ipsam quoq; Alamaniam infestis armis petens christianis omnibus terror em simul ac laborem incusisset. nam si uicti apud Hungariam et prostrati sunt magni turcorum exercitus non est q; post deum alteri gratias q; Calixto christiani debeant. ipse enim solus fuit q; torquentibus ac pene dormientibus christiani orbis principib; legatum in Hungariam misit hungaros cum turcis induciarum

federis querentes prohibuit labentes animos erexit. Copias cōgre
gauit bellumq; illud cōmittere suscit in quo primum etate nostra
turcum dominus turpisime fugere uisus est 't salus christiano
populo p̄t̄a, racemos que gesta sunt in orienti per classem spo
stolicam 't que in Albania 't aliis pluribus locis ipsius domini
nostrī pecunias pro tutela fidei indies gerunt. nihil aliud sua san
cticas in animo gerit quam suo tempore ita inimicos salutifere
crucis humiliare ut tandem uocatus a domino creditam sibi ec
clesiam in statu securō ac tranquillo relinquat ob quam rem nesci
mus profecto quid sibi uelint qui tam sanctum presulem 't tantū
de cōmuni utilitate sollicitum, columnari presumunt, nam quod
aurum a uobis extorqueat in qua est prius accusatio, nihil enī
pieter cōsuetu iura recipit nisi fortasse sponte sua nonnulli i clas
sem contra turcos pecunias o fferant quos paucissimos esse cōstat
utinam tot essent qui tante rei ac tam necessarie oportune subue
nirent. Electiones ecclesiarum canonicas qui dicunt a sua sancti
itate contemni aut ecclesiās metropoliticās seu cathedralēs in
Alania referuari lōge a ueritate recedunt nulla electio rejecta
est quam constituerit fuisse canonicam. Pontificalis ecclesia in Alia
mania nulla reseruata est specialiter a domino nostro contra con
cordata uestra non est eius propositum neq; fuit hactenus quicq;
agere. 't quamvis nemo imputare possit si sua sanctitas dignita
tes principales in collegiatis ecclesiis sue primas post pontifica
les reseruauerit. Necq; enim concordata in hoc aduersantur non
tamen inueniuntur facile reservationes beneficiorum nisi pro Lar
dinib; aut aliquibus fortasse maximis uiris ab eadem sanctita
te emanasse. itaq; nescimus quo uultu quo ore qua deniq; audi
tia presumunt aliqui sanctissimo presuli nostro detrahere tanq;
nationi uestre onerosus existat qui profecto non tantum nationi
Hispanice unde sibi origo est quantum Germanice affectus esse
uidetur. Et qui diuinatus nobis datus est ut hoc periculo tempore
ab infidelium incursione, maximeq; turcorum impetu ortho
dotam Christi religionem non solum tueretur sed etiam eleuaret
't propagaret. Laudamus igitur 't omni honore dignum reputa
nus archiepiscopum Aguntinum qui reiectis malignantium
fusidiis apud ipsum dominū nostrū sanctāq; sedem apostolicā

omnium fidelium matrem atq; magistrā permanere decrevit.
Facit quod doctum quod prudentem quod bonum prelatum
decet qui peregrinas respuens opiniones in solida sanctitate Ro
mane ecclesie doctrinā. 't in ipsi Christi petra pedes figit. fa
cit modo quod fecit dum alias esdem quererentur que modo
tentantur. Nunq; enim Eugenio sancte memorie summo pon
tifici defuit quamvis multi ex Germanis in illum deseuirent
nouit omnia noster Pontifex eiusq; probitati miro modo affi
citur, nec unq; eius nominis absq; singulari laude meminit ita
ut certissimi sumis nunq; ipsius petitiones in conspectu huia
presulis uanis fore que digne exaudiri uideantur. Ceterum, qz
secundo loco secretarius antedictus exposuit graue nobis 't ali
enūm uisum est qz ex viro docro ex iuris interprete 't in magnis
uersato causis prodire deberet. Nostri enim Romanum presu
lem unicum esse principem cui omnes obedire tenentur Petri
't Pauli locum tenet qui sedet in apostolico trono Christi us
carius est qui Romane presidet Urbi. Non est igitur cur se cui
piam intelligentie nomine uel federis obliget. Necq; sub dicto
est cum dominis suis federa querere. Nec tu fortasse ita loqe
ris ut Romanum presulem ex intelligentia queras obligare
quod nosti quantum iura permittant. Sed aduertimus que
petis ipsius causa magna profecto. 't que nos aliquantulum
tua compulerint admirati prudentia. Scimus tamen quis cu
amico omnia confidenter legis. Idem 't nos facimus. Stimur
respondendo ea fiducia qua tu interrogando es usus equidem
indigna putauimus que nomine Archiepiscopi peterentur.
Nec arbitramur eos bene agere qui Archiepiscopo ea petenda
suadent, quamvis nec sue menti que semper modestissima fuit
alia credimus esse persuasa. Sive namq; dignationi id satia
esse debet ut antecessoribus suis equalis existat. Necq; illi que
rat que ante centum annos nullus obtinuit Archiepiscopus.
Rectū 't laudabile fuit propositum eius. Si neq; Romanum
Pontificem minorem nec se maiorem suis antecessoribus esse de
bet. Illud quoq; attente considerabit quisquis ecclesie Agunti
ne p̄fuerit ne Romana sedes cōculetur aut quoisimō deprimat.
Ceterū est enim qz languente capite nequeat membra consistere.

Nec possunt riuii non arescere fonte siccato. Salus ecclesiarum
omnium profecto et romane sedis precellentia et summa auctorita
te dependet. Quibus ex rebus non essemus autem ea quoquo modo
aperire domino nostro que nobis pro intelligentia contrahenda sig
nificasti. sunt enim eneruatiua iuris apostolici et nimis profecto p
iudicii pie se ferentia et illa presentim que de confirmationibus
pontificalium ecclesiarum attigisti non ignoras ut credimus
qualis sit ipse dominus noster quanto est in eo circumspectio
quanta rerum omnium notitia. quanta gratitudo atque constantia. Et
si enim omnes laudandi sunt quos nouimus Romani presules huc
ramen omnibus preferendum putamus. qui cum uite mundissime
sit et omnia gerat commendatione digna. Cum vero his conditioni
bus predictis est ut falli nullo modo queat. Est enim erat gran
deius uersatus quod est in arduis maximisq; negotiis doctrina ea p
fulget cui similem nemo est qui audierit in eius antecessore fuisse
Iacq; non est facile decipiens qui cum multa per etatem vide
rit dum scientie lumen dum rerum magnarum experientia coniunc
erit. rideret nos sua sanctitas si quid ei proponeremus doctissimis
eius auribus quoquomodo indignum. atque ob hanc causam non
presumpsimus ea sibi referre que tuo nomine nobis exposita sunt
Nec enim sua pietas eos probare solet qui res minus iustas sibi
proponunt. Clerum ut ad grauamina nationis uentre redeamus si
quid est qd emendatione egeat. laudamus id sanctissimo domino
nistro significari nec dubitamus quin sua sanctitas debito modo
prouidat. Illud autem nobis exploratissimum est. Archiepiscopum
scilicet prefatum in optima reputatione aput sanctissimum domi
num nostrum esse fauoremq; sibi et oportunum presidium ab eo
nunc defuturum. certo scimus aduersus omnes qui sibi molesti
fuerint quod si eius oratores huc uenerint recipientur profecto be
nigne et humaniter tractabuntur nec duras inuenient apostolicas
aures in his que concessu digna petierint quod uero dicis serenis
simum Imperatorem et ipsum archiepiscopum si se cum sancta
sede apostolica inter leperint facile ipedit uros aduersantia machi
namenta id quidem credimus et ita faciem esse nouimus superio
ribus annis. a: cum Imperator prefatus cum sanctissimo domino
nistro unanimis sit nec unq; ab huius sancte sedis deuotione de

clingerit curandum est ut ipse archiepiscopus idem agat in qua
re cum tuis multum consilia possint rogamus ut in hoc tuos inc
das neruos uelisq; doctrine tue nomen in defendenda Romane
ecclesie auctoritate poti^{us} qd in oppugnanda claru facere. sic eni^m et
magis ecclie recte cōfides et tibi ac tuis amicis utilitates cres
cent et accumulabunt honores. Datum rome duodecima Kalen.
octobris. a.D. cccc. lvii.

Auctus Episcopus seruus seruorum dei. dilecto filio Jo
hanni Cardinali sancti Angeli. Salutem et apostolicam
benedictionem. ex litteris que de partibus Austriae ad cu
riam nostram indies deferuntur intelligimus dilectionem tuam
cum littere ille scriberentur adhuc fuisse in Hungaria de qua re
admirati plurimum sumus cum iam pridem tibi scripserimus et
ad partes Alamannie te conferres eam discordiam pro tua facultate
sedaturum que inter carillos filios nostros Federicu^m Roma
norum Imperatorem et Ladislauum Hungarie ac Bohemie reges
uersatur que quantum periculosa sit et quantum reipublice Chri
stiane damno pro tua singulari prudentia non ignoras nescimus
que te causa tam diu retardauerit cum te non lateat non minus
utile fore dictos principes adiuicem reconciliare qd turcorum p
niciose obuiare constitibus. siquidem notiora multe sunt intestina
bella qd externa et frustra his qui foix sunt resistimus si ab hie qui
intus sunt vulnerantur. Iacq; uoluissemus te qui primu^m recepisti
litteras nostras ad imperatorem et regem prefatos iter attipuisse
quod quidem fuisse nostro iudicio expedientissimum. Clerum. cuz
nouissime nobis relatum sit dictum Hungarie ac Bohemie reges
circa festum sancti Martini proxime futurum decreuisse Bohemi
am petere ut sibi sponsam suam et carissimi filii nostri Caroli regis
Francie uaram conduci faciat et cum ea solempnes ibidem nuptias
celebet pro qua iam fertur oratores misisse. comitimus tibi et ha
rum tenore seriose mandamus ut omnibus aliis postpositis ad ip
sum regem qd celerime te conferas eiusq; nuptias cum sui qd
dicti regis Francie coniunctione nostro et apostolice sedis nomine
ut dictum est tua presentia honores erunt enim ut fama est he
nuptie plurimum excellentes ac magnifice tam respectu gloriosay

Inuicem contrahentium quarum sanguis clarissimus est & sublimis dignitas q̄ principum qui conuenturi eo dicuntur cum non solum dilecti filii nobiles viri Bauarie & saxonie duces. Marchionesq̄ Brandenburgenses cum coniugib⁹ suis sed etiam carissimus in Christo filius noster Casimirus rex Polonie simulq̄ consors eius Regina eisdem nuptiarum celebritati afferantur inter futuri. Consideramus autem q̄ in tantorum conuentu principū multa tractabuntur in quibus erit tua p̄ficiencia nedum utilia sed etiam necessaria. Poterisq̄ in tali conuentione de modis per quos religio nostra contra turcorum impetus defendatur commode tractare & cum sint ibi nonnulli male de fide catholica sententes eorum malicie ne quid in tanta congregacione nocere possit oportune obuiabis. quibus ex rebus necesse est ut eidem congregationi proiussus interesse cures. & ita mō dilectioni tue iterum atq̄ iterum committimus & mandamus responsum tuum super his q̄ celerrimum expertentes. Datū Rome die prima octobris. Millesimo quadringentesimoquinquagesimo septimo. Enes Cardinalis Benensis dicitur.

MEAS Cardinalis Benensis Henrico senfeben. S. P.
D. Gratissime fuerunt nobis littere tue quibus regiū in Bohemiam transitum significasti & nuptias excellentes in Praga futuras. retulimus singula domino nostro sanctissimo q̄ mox litteras scribi iussit ad Cardinalem sancti Angeli legatum mandans ei ut e uestigio Hungaria post habira ad regiam maiestatem se conferat eius nuptias honoraturus. mittimus tibi litteras ipse siue brevia sunt rogantes ne graueris quantotius ea sibi transmittere quia pondus habent in se non modicum. De Rosā nostro fecimus verbum apostolice pietati. negat ipse dominus nostre decimarum aliquas bullas illi concessas esse Laurentio rouelle bene a te & consilia & auxilia prestita sunt cum caritati tue magis magis commendamus rem Cracislauien⁹. episcopi oportune absoluimus sicut ex Cincelao cognoscet. Restat episcopuz ipsum nobis in agendis nostris favorabilem fore. audies et Bartholomeo canonico nostro quid actum sit in ecclesia Carmensi. rem totam tua commisimus humeris ut ab eo finis habeatur q

dedit initium. gaudemus te de reditu cogitare sed prius cupimus negotium nostri Episcopatus absolui q̄ redeas quod facile fiet si quemadmodum fama est rex Polonie ad Pragam se contulerit. Cura inter cetera ut ea obligatio habeatur in qua magnus magister Pruscie antecessori nostro in quinq̄ milibus florenorum quos mutuo receperat sese obnoxium fecit. Quemadmodum Bartholomeus prefatus plene instructus est. Nova alia hic non sunt nisi q̄ inter Ursinos & Comitem Eversum heri treuge usq' ad annum permansure indicte fuerunt. & ab utraq̄ parte recepte quod saluberrimum est & rebus agendis apprime conduct. inter regem Aragonum & Sigismundum malatestam concordia tractatur que si sequetur ut spes est res italicas ad modum quietabili. Vale et Roma die prima octobris. M. cccc. viii.

MEAS Cardinalis Benensis Nicolo Liscio. S. P.
D. Jocunde fuerunt nobis littere tue quibus regiam maiestatem in bohemiam transiitum esse cognovimus pre claras sibi nuptias peracturaz. Utinam omnia piissimo fili & serenissimo regi ex sententia cedant. credimus conuenienter se cu potentiissimo rege Polonie & aduentantibus principibus ut fama est plurib⁹ in eo conuentu aliquid tractari debere q̄ religioni christiane saluberrim⁹ fiat legatus apostolicus sicut sibi mandatum est ad uos si. conualebit proiussus se conferet quo cum sapienter erit de re tibi nota tractandum. nam ei non omnia que aliis placent rogamus rem nostri episcopatus Carmensis si rex Poloniae affuerit curandum suscipias. nam uerbo uno sublimitas nostri regis eam absoluere. Scude ut magnificus cancellarius hoc ipsum cordi habeat. Nihil est enim quod dubitemus fieri posse in quo sua magnificentis neruos intenderit suos commenda nos probati siue eiusq̄ bone ualitudini confule. Nam eius sanitas & nostra & multorum prosperitas est. commenda etiam nos ueteribus amicis & presertim Caradiensi si affuerit Gubernatori dominis de Rosia et domino de Clena. similiterq̄ Sclementoni et aliis illius regni proceribus. quorum commoditibus semper studere proui erimus & voluntarii. Bellum quod in foribus urbis h⁹ accusabas tamdiu mansisse heri p inducias annales subtū est

Interea pax integra cōponetur turbide fuerunt res nostre hacte
nua nunc serenesunt et meliuscule fiunt. Jacobus piccininus in
archiam peti transitum Sigismudo malateste illatus bel
lum sed hoc quoq; incendium extingue annuit pontifex maxi
mus quod si pro spe fecerit tota ferme Italia conquescit et ad
tutandam contra turcorum perfidiam ueram christi religionem
liberius intendere poterit hec procopio et cardinali si assit cōmu
nicata esse nolumus. Tu uale pro tua cōsuetudine nostri memor.
Ex Roma Kalen octo. AD.cccc.lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Johanni Cardinali san
cti Angeli. S.P.D. Cognoscesq; litteris sanctissimi
domini nostri qd necessaria sit presentia tua in nuptiis
quas serenissimus rex Hungarie celebraturus est in praga. ob qua
rem quamuis non puto necessarium dignationem tuam adhorta
ri ut qd celerrime eo se conferat quia tamen eius rei utilitatem no
solum animo percipio sed manibus quodammodo ut ita loquer
palpare videoz non possum facere quin tanq; seruitor et filius tu
us ea scribam que honorem tuum concernere animaduerto. Sane
quamuis pietas. D. N. id iudicium de tua dignatione faciat qd
de uiro prudentissimo et optimo habendum est et quamuis omnis
que per te facta sunt miro modo commendet. illud tamen pluri
mum admiratur qd dissidentibus inter se serenissimis principibus
Romanorum Imperatore et Hungarie rege non statim ad scēdā
das eorum discordias sepositi alius negotiis properauisti cui cer
tum sit illis inter se contendentibus non solum nobilem illam Au
strię prouintiam plurimum conturbari sed etiam turcis uiam pre
beri qua facilius ad christianitatis inuisionem prouumpere possine
uidetur igitur mihi admodum expediens qd tua dignitas ad pre
fata nuptias iter suum acceleret que ut existimat mense Janu
ario aut cardiu Februario celebrabuntur erit conuentus ille cele
berrimus in quo duo reges et tot principes conuenient non dubi
to qd magna ibi tractent et ut arbitror qng; principaliter agita
bunt in eo loco negotia namq; cum lites imperatoris et regis non
dum cōposite sint erit cura illoz principū in primis ea sedare in
Polonie regē et fratres scē. Marie theutonicoz agez de cōcordia

Bohemi de suis articulis curiosi erunt illi qui sunt in Rheno et
res nouas contra sedem apostolicam moluntur non omittent p
oratores suos in eo conuentu aliquid attemptare. Postremo etiā
de defensione fidei contra turchos ut mea fert opinio inter tācos
proceres sermo fiet. Magna sunt hec et profecto tuam presentias
merito exigunt itaq; seruitor tuus suadeo ne quo pacto ei
congregationi absis qd eset et in honestum et incommodum apo
stolice sedi. qd si interfueris complacebis proculdubio non solum
regi Hungarie sed etiam regi Francie cuius filie nuptias honoris
obuiabis malis que per nonnullos procurantur et multa bona
opera procurare poteris tam pio pace christianorum qd pro defen
sione fidei cōtra inimicos crucis christi. Piumq; sanctissimi. d. na
desiderium hoc potissimum modo adimplebis et rem facies tua
uirtute dignam duabusq; maximis nationib; Gallice et Germanie
simulq; duobus maximis principibus hoc est Imperatori in
patruelis sui et regi Francie in filie sue honoratione rem gratam
faciens demulcebis capita. Datum Rome die prima octobris
AD.cccc.lvii.

NEAS Cardinalis Senensis episcopo Oueten. S.P.
D. Litteris tuis quas amico tuo ad Hispaniam scribis
et letasti et oblectasti admodum sumus letati quidē qd tem
pora nostra claris florere ingeniis et uim eloquentie passim cre
scere atq; ad exteras penetrare nationes animaduertimus oble
tati autem qd in epistola tua multuz leporis multumq; salis inue
nimus et cum omnia que scribis grauis dignaq; philosopho pro
culdubio sint cum illud nobis precipuam quandam exhibuit uo
luptatem qd exemplis Jetro atq; Adopsi quibus ipugnaboris qsi
armaturis tuis quibus et defenderis et aduersarium ferires uti no
uisti. Est enim hoc simile illi quod de Virgilio legimus qui cum
crimini sibi daretur qd Homerius operi insereret suo at hoc
enquit qd uictuperatis laude precipua dignum est tanq; ego clausa
ex manu Herculis eripuerim. Hoc itidem et nos de tuo ingenio
dicimus. Perge igitur et floientes eloquii tui uires sepius exerce
sic enim erit inter discretos oratores non vulgare tuum nomen.
Cale optime ex Roma. iii. no. octo. AD.cccc.lvii.

Alixus ep̄s seruoz dei,dilecto filio Johanni cardinali sancti angeli apostolice sedis legato Salutem & apostolicam benedictōz ex litteris tuis diei .xvi . Julii datus intelleximus te in partibus istis moraturū per aliquod temp⁹ ut quid agant turci quidue parent facilius intelligas ac nobis et carissimo filio n̄o regi Hungarie q̄ celerrime significes intellexi mus & antea que gesseras in regno Bosne. Laudamus opera tua & omnia p̄ te gesta prudenter & accurate recognoscimus. cōmenda mus quoq; circumspectōz tuā & animi cōstantiam ac bonitatem q̄ dū christi dei nostri negociū agit nec labore frangit̄ nō timore de scitur neq; periculo ullo a sancto proposito deterret̄ . multa tibi d̄z apostolica sedes & qdem pro singulari uirtute tua proq; graui bus laboribus quoq; perpessus es. Scimus nos tibi plurimū obligatos. conabimurq; uita comite pro tuis meritis personam tuaz honore. nunc tñ necesse est ut pseueres in sancto ope psonamq; tuam a labore cepto nō retrabas. sed pro tua excellenti pudetia in his cōtinues que salus ecclesie ex te poscit. cūq; ad res fidei cōtra turcos p̄specte dirigēdas marie necessariū sit ut carissimi in p̄po filii nostri Federicus Romanoz impator & Ladislaus Hungarie acq; Bohemie rex inter se recōciliati in turcos arma cōvertat. s. t̄ q̄ mō quedā dieta inter eos indicta ad pacem tractandā in qua dilectus filius nobilis vir Ludouicus Bavarie dux tanq; mediator futurus asseritur. C̄tire nobis uidetur & quodammodo necessariū ut & tu quoq; eo te cōferas in tam sancto ope n̄o noīe tuas p̄tes adhibitus. Ea propter mandamus tibi ut nisi alia cā magis necessaria in Hungaria te retineat & ad imperatorem & regem prefatos gressus tuos q̄rtoius dirigas et s ad pacem induce re conceris. & omnia facias que tibi videbunur ad reconciliacionē ipsorum principū necessaria. uidetur enim rebus agendis omnino conducere q̄ tu dictos principes adeas siue per ipsum duceas an tuum aduentum pac̄ concludatur siue non. Nanq; si pace factā inuenieris q̄ deus pro sua misericordia largiatur. habebis expedi tam uiaz qua principes ipsos ad ducenduz contra turcos exercitū efficaciter inuitare possis. & alia multa sunt in Almania gerenda que tuā presentiam exposcunt sin uero q̄ absit concordia nō duz factā inuenieris laborandū tibi erit totis uiribus ut ea perfici pos

sit nisi enī principes ipsi depositis inter se discordiis ad cōmune bonum unanimēs fiant nō uidemus quid per Hungariā contra turcos patrari possit laude dignū aut ex̄istimatione. uerū q̄ multa sepe occurunt in quibus p̄sonaliter adesse non uales & tñ tuaz diligentiam exposcunt. misimus ad te dilectuz filium Laurentiū rouarellam sacre theologie professorem & subdiaconum nostrum quem mittere possia ad ea loca que tu ipse adire non uales. Js. n. sicut in mandatis a nobis habz quicqd iusseria exequetur & tua uolūtate nullatenus deuiasbit insup ut intelligas q̄ nūc in p̄ibus Rheni p̄ electores imperii tractātur facimus tibi copiā litterarū nostrarum quas imperatori transmittimus ut secundum scripta nostra tuamq; singularem prudentiam eo te melius gerere uales quo fueris de singulis occurrentibus plenius informatus. Datum Rome die decima quinta octobris. A.D. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Benen̄. Jodocho electo Gratissimē si. S. P. D. Cōmisimus aliqua paternitati tue referenda nostro nomine Bartholomeo canonico ecclesie nostre Carmiensis super rebus ecclesiam ipsam & antecessoris nostri bona cōcerenti bus. rogamus igitur ut sibi in his que nostro nomine dixerit plenā credentie fidem & in agendis oportunū fauore prestare uelis sicut de tua erga nos singulati caritate plene confidimus. nos autem ad beneplacits tua omni tempore parati & voluntarii sumus. Ex Roma die xv. octobris. A.D. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Benensis Bartholomeo etensi artium & medicine doctori phisico archiepiscopi magistrini. S. P. D. reddidit nobis uigandus litteras tuas que gratissime fuerunt tuam bonam ualitudinem indicantes. Clo luissem⁹ petitioni tue morā gerere sed nos non decet & primarias preces imperatoris aliqd attēptare qa illas impetravim⁹ & sepe defendim⁹ & imperatore maiestatis honorez. tueri debemus q̄ ab illis promoti & magnificati sumus. si qua alia in re possemus tibi complacere esset id nobis uoluptati. Vale ex Roma die decima octava octobris. A.D. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senen. Petro Noctano. S.P.D.
Si no scribimus ad te sepius id facit negotiorum mul-
titudo quibus destinemur. simulq; tua humanitas qua
non ueremur abuti. extant apud nos scripta tua quibus satis esse
dicitis si quater tibi scribamus in anno hoc nos pigros reddidit.
dabimus tamen 7 sex 7 octo epistolas in annos singulos amicicie
tue. nunc hec prima sit anni huius qua nos bene ualere 7 animo
7 corpore intelligas q;uis multa iudicis emergunt que conturbare
cuiusvis hominis mentem queant. sed nolumus affligere cor nrm
quando nihil est quod nostris subest uiribus reliquum deo relin-
quemus. cuius est 7 nos perdere si uelit 7 saluare. hanc ipse mudi
machinam cu; non esset in esse prodixit. cui dubium est ei curam
esse operum que sue fecerunt manus hec tibi pauca scripsisse uolu-
mus rogantes ut tu quoq; leto animo id uite traducas quod sup-
est. optamus te aliquando uisere atq; amplexi. Bene Vale ex
Urbe. pp. octobris. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senen. Johanni Campilio placen-
tino. S.P.D. si non scribimus sepe dignationi tue das
ueniam non ambigimus. nam 7 nos Clegio poete ignos-
cimus. q;uis nunq; nos adierit nec nobis quicq; scriperit postq;
cardinalatum accepimus. sumusq; memorem legis nostre quando
comendas nobis aliquos hac uenientes. 7 si non respondemus o-
peras tamen nostras illis offeremus. estq; nobis iocundissimū lras
tuas legere 7 illos audire qui a te uenientes bonam ualitudinem
tuam nobis enunciare. cupimus te hic aliquando uidere 7 si pa-
spei super aduentu tuo habemus quando iam sedem elegisti 7 ui-
te simul 7 morti. nos modo quod scribamus aliud non habemus
nisi obiisse apud nos Stephanium caciam Nouarien. comunem a-
micum quo cum magna pars anime nostre a nobis abit. Affectit
nos incredibili merito suu; obitus illud tamen consolationi nobis
fuit q; forte eum in transitu cognouimus nunq; enim euulsuit
nunq; uerbum emisit non christiano non sapienti uiro dignum ec-
clesiasticis sacramentis devoutissima mente susceptis ad extremuz
usq; anhelitum intellectum 7 uerba prudentis hominis retinuit.
sepultus est apud hospitale sancte Marie theutonicorum die. xi.

huius mensis. Vale optime 7 amici animam in orationibus tuis
comendatam habe. Datum Rome die. xx. octobris. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis sceve. S.P.D. Stepha-
nus noster caccia Nouariensis communis amicus ad. v. idus
huius mensis animam creatori reddidit. hec scribimus
non ut doleas amici obitum qui more christiano 7 ut sapientem
decurt ordinatis rebus suis ex hac luce migravit sed ut congaude-
as illi ad meliorem uita profecto nobisq; compatiaris tali obit
Societate. cogitesq; aliquando de nobis qui hoc in pelago sine ue-
lia remisq; nauigamus. 7 fluctuante nauicula procellaruz turbine
parum absq; naufragio absimus. Gellenius hic essem 7 rerum no-
strarum cursum intuereris. sed quid querimur ferenda est fortuna
quam deus immittit. Neq; enim dubitandum est quin deo cura
sit huius mundi quem sue condidere manus. si curat igitur que
cunq; accidunt aut uolente illo aut permittente siue hoc nos so-
latur 7 equo iubet animo expectare tempus in quo 7 ad Stephe-
num 7 ad reliquos qui nos precesserunt amicos euocemur. de re-
tus audiusti que sit Pontificis sententia. non est cur modo alia
queras. deus ipse opem ferat Johanni Laimo optimo uiro 7 ami-
co tuo nostroq; diximus de scutifero non esse facturos quod tuis
iuberet amicicia nec mutamus opinionem Rogamus te illustri
principi simulq; Nicolao Arzimboldo nos comendes cuius benig-
nas litteras his diebus accepimus nec dubitamus cum pro uere
ri consuetudine nos amare. Vale optime Ep. Roma die vigesima
octobris. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senell. Martino Mapt. S.P.D.
Scripsimus tibi non sine fiducia singulari litteras longio-
res non scimus dare inania uerba. amamus et corde ami-
cos his adulari nescim. crede optime corde loquimur si facultas
ad sit nunq; deerimus uotis tuis. 7 id certo certius habe quia ue-
tua amicicia nostra solida est. In facto ecclesie Romane illud ta-
cum dicimus quia non leditur caput sine membris. nos hic cura-
bimus ne concordatis derogetur. Deinceps non credimus natio-
nem habere causam querele si pacta serueruntur. De gratia nostra

Sine reservatione scriptissimus pridem ut nūc repetimus non est amī
mus nōster uerare quempiam occasione illa nec intendimus con
cordatis per gratias nostras in aliquo derogare. Cale nos ut so
les amē. ex Roma die. xx. octobris. Mccccclvii.

NEAS Cardinalis Senensis. Ibeodonico Archiepō
Aguntino. S. P. D. Ex Eligādo secretario tuo acce
pimus litteras dignitatis tue cognitis his que cupie
bas mox audiuimus sanctissimum dominum nostrum leto animo
uotis tuis annuit. Nowit sua pietas quo animo' quoque opere tua
dignitas superioribus annis romanam adiuuertit ecclesiam & ubi
occasio det' monstrabit se diligere tuam virtutem. nos autem in
quacunq; re poterimus erimus semper & voluntarii & priui desi
deria tuis mox gerere. Datum Rome die. xx. octobris. Mccccclvii.

NEAS Cardinalis Senensis. Jacobo prologeo. S.
P. Dicit. litteris tuis quas de Montanina & Andrea
filii tuis & nepotibus nostris ad nos scripsisti respon
sum semel & iterum nescimus an scripta nostra in manus perue
nerint tuas ideo hec paucā repetimus ne putas mente nostra exci
disse quod illic in uiolabilis sedet de montanina ob rea que geste
sunt difficile est recrum ferre consiliū. intelligimus enī eam mona
sterium abhorrete. matrimonium autem reperire sua conditione
dignū difficile est. nos igitur relinquimus tibi hanc pro curam ut
sibi persuadeas quid in rem suam sit. si elemus pecunias & moe
quorundā cardinaliū abundaremus daremus illi & virum & dore
At cum tenuis sit conditio nostra uoluntatem potestas impedit
ut cunq; sit ex paupertate nostra centum illi aureos spondemus
quamcunq; uiam ingrediarur. scriptoriam apostolicam & Andree
tuo & si optamus acquirere tamen non ualemus. nemo enim est
qui absq; mille aureis eam consequi possit. oportet igitur alias in
gredi vias. nos ubi poterimus non deerimus necessitatib; tue & si
deus dabit ut possessionem Uarmiensis ecclesie consequi possim⁹
sta nos geremus ut intelligas nos amantissimi fratris locum tene
re. Datum Rome die. xx. octobris. M. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis. Intino equiti Lyprio
Salutes plurimes dicit. Duabus epistolis tuis gratias
nobis egisti super his que tui causa fecimus. cognoscim⁹
nos nec pro debito nec pro uoluntate satisfecisse. sed tua benigni
tas parua pro magnis accipit. Gaudemus obtigisse tibi desideriū
tuum. nam & tua uirtus maiora meretur. officie tibi sum⁹ pon
tis & desideriis tuis ubicunque potuerit suaebit satis amicus tuus
& nōster Stephan⁹ cacia cuius sine lacrimis non possumus memi
nūse creator deo animam reddidit. rogamus te ut eius nepotes
spud illustrissimum ducem commendatos habeas quibus benefi
cia sua collata sunt & nos etiam preposituram unam tenuem obti
nuimus. uelis nos principi & consorti eius cōmendare qui ad eos
benepatita semper inueniemur attentissimi. Datum Rome. xx.
octobris. Mccccclvii.

NEAS Cardinalis Senensis Johanni Liture Salutes
plurimas dicit. Amauimus probitatem tuam ante pro
motionem nostrā & nūc potissime colim⁹ obseruamus
q;. Inuenemus enim in te & ueritatem & prudentiam credimus
plane illud esse. s. aliquos qui uulnerent ut ledendo lucentur. s; non patietur caput sine dolore damnoq; membrorum. mittimus
cum presentib; Alphabetum quod optasti si signatum recipies
poteris illo uti & nobis que grauiora erunt significare. habebisq;
responsa ex nobis que res ipse exigent. decet uiro bonos curare
ne unitas ecclesie magno parts labore iterum scindatur. de concor
datorum obseruatione sollicitissim⁹. damusq; operam ne uiolen
tur. amide⁹ pro quo scribis si inueniet fuisse in possessione tpe con
cordator habebit pacē. idq;. d. n. nobis cōmisit ingere. Cale opti
me & scribe nobis freq̄nter nam l̄ss tuas quasi personam tuam
inueniatur. Datum Rome die. xx. octobris. Mccccclvii.

NEAS Cardinalis Senensis Leodrisio Crisello salu
tes plurimas dicit. Affecerunt nos haud modica uolnp
tate uir p̄stans & amice singularis l̄re tue quas ex Mediolano. xvi.
Ralen. spetebis ad nos scripsisti legitim⁹ Johānis crisostomi ep̄taz
quā ex athica Romāna fecisti. nesciebam⁹ & te ātea greci sermonis
gnarū esse. prius trāslatoz hāc uidi⁹ q̄ te grece doctū audire⁹

Tanto te magis exstimesmus quanto maius est duas linguas q̄
unum nosce. Non est nobis iudicium de grecie ad q̄ latine scrip-
tum est e greco uerum si quid est quod sentimus ad modū lau-
dabile est tersum suave nitidum. Baudemus te huic doctrine p-
fectum se laudari ab omnibus tua scripta habeant. At quodlde
nobis iudicium facis longe maius est q̄ nostra erigant merita.
noscimus nosipso nec fallimur q̄ ad cardinala
cum eucti sumus diuine miserationis est non nostre virtutis nō
omnia dei cōfīs humana potest investigare cogitatio. Sepeq; ad
nostram ruinam tendunt que nos qua felicia uel cupimus uel ad
miramur neq; dignitas cardinalium tantum in se bonum habet
quantum pre se ferre uidetur. et quidem nobis qui tante glorie im-
pares sumus instar est potius miserie q̄ felicitatis. Itaq; probe
ad nos epistolam de exilio. misisti ut solamen nostre calamitatis
ferres aliquod. regemus enim consolatione non parua. Nam sicut
prefontissimi patres inter uiles ululant homines ita et ignauū no-
stris similes quasi e patria fugati sunt cum ceteri admiscentur
probatissimorum. Idq; nobis accidit in sacrum collegium accessi
eis in quo trementes quiuimus. Fuit deus ut si non implemus ho-
minum opiniones omnium ac saltē nos confundamus eos qui
de nobis bona predicant. uiri piantes et euo nostro singulares
Nicolaus Arzemboldus Neus curensis dum non cōmendante fa-
ciunt magis qđ se decet qđ quod nos meremur Stephanus cacia
Nouisenis ad quem scribebas diem obiit nos loco suo tuas le-
gimus litteras. amauit te ille et amat' proculdubio in paradiſo ui-
uens. non enim perit anima cum a corpore abit' neq; uiri boni et
Stephano pares ad inferos migrant dum satiſunguntur. sed re-
cta uia celū petunt ei seruituri eoz fructuri a quo receperunt esse
Ex urbe Roma die xxii. octobris. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Nicolao Arzimboldo.
S.P.D. Mille annis tacuisse nihil ad me aut de
me scribens nihil tamen de nostro erga te amore di-
minussemus. neq; enim nos latet quocunq; in statu sumus nos ca-
ros esse et amatos in mente tua. accepimus mō litteras tuas qbus
amicum Comenum nobis commendas erit nobis cure causa sua

et intelliget si opus fuerit tuas cōendationes sibi fuisse utiles
hic cardinalatus quem sine ullis meritis consecuti sumus nulla in
re nobis uoluptati est nisi ut aliquando prodesse possimus amicis
nostris inter quos tua probitas precipuz habet locum tuum est
igitur ut opera nostra confidenter utaris. cupimus tibi consortiq;
et liberis bene esse. Vale optime et nos quando facultas sele exhibz
dño duci cōmendatos effice. Ex Roma. xxii. octobris. ad. ccclvii.

NEAS Cardinalis Senensis Francisco philepho militi
et poete. S.P.D. Carmen tuum insignis eques et optime
poetarum accepimus simulq; litteras materno scriptas
eloquio fuerunt itaq; iocunda ab amico missa et condita salibus
in carmine plus aliquid est qđ nobis conuenist nūc nos id som-
niauimus quod tibi de nobis polliceris. neq; grandia hec sine pre-
fagio uel fatum uel somniorum eveniunt nostra sors maior est uir-
tute nostra. stulti si nūs si uolare altius ambiamus. sed inest
tuis uerisibus incredibilis suauitas que nos etiam adulando dele-
ctavit quod queris de parallelis plutarchi usum est. petierunt
omnia nemo est qui de his loqui norit. naufragium passe sunt li-
cet. tu si more tuo sapias amiso libro non adicies ut animum cru-
cies apud reverendissimum Cardinalem de columna uidim: ue et
legimus. Sfortiada tuum opus tersum et dignū quod priscis poe-
matibus annuerentur. et tu fruisci ducis qui gestas res decanta-
res dignus eras et illius uirtuti tua musa debebatur. si tamen dig-
nis ille te premis prosequitur et egere uerat si secus agit hortamur
fistule ut ceram admoucas nam maius illi tua taciturnitas qđ sua
tibi tenacitas detrimentum prestabit. Vale et nos amas ut soles.
Ex Cibra. xxv. octobris. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Johanni Cardinali san-
cti Angeli. Saluteo plurimas dicit. Accepi ex iai ri-
no litteras tuas. scripsisti nos hic emnia bene agere
putavi id ironice dictum esse. nūc ironiam omnem abfuisse cor-
dis. cedo uincenticq; do manum de re altera Bohemica non est
opus qđ mō disputem⁹. liberis non litteris esset agenda et tandem

sua cuiq; sententia remaneret uellem dignatio tua in Germania
potius q̄ in Hungaria degeret. idq; putarem utilius res perni ci
ose agitantur qui contra nos sunt Gallicanam appetunt sanctio
nem qui nobiscum sentiunt papatum ex apostolica sede requirūe
tua prudentia multum utilis est ad obuiandum prius q̄ vulnus
infligatur. sunt quidam de hic stantibus qui se omnia uno uerbo
modificaturos aiunt si cum imperio ad partes illas emitterentur.
sed ita est humana conditio omnes pluris apud nos ipsos q̄ apd
alios sumus cum uerba fiunt de tua prouisione apud Pontifices
maximum abunde se sua sanctitas tue dignationi necessaria mini
strare affimat de beneficiis Hispanicis sc̄is non dubito meaz uo
cem esse tenuissimam qui nec senensis impetrare ualeo. noua sunt
apud nos sicut heri et nudius tercius. Rex Aragonum classe ingē
ti dum liguribus minatur Etruscos territat. Jacobus piccininus
obsidionem tenere fertur contra pergulam Sigismundi opidum
sed metus est maximus ne sigismundus et ipse simul conuenientes
fusso regis contra Senam profiscantur diuisionibus laborantem
nam finito Octobri non est. Jacobus amplius senensis obliga
tus. nec alia modo cōmodo me reuerēdissime paternitati tue ad
eius mandata paratum. Et Roma die secunda Nouembri.
AD.cccc.lvii.

NEAS. Cardinalis senensis Procopio Rabenstapno.
salutes plurimas dicit. Presumptio fortasse nostra est q̄
tibi in patria inter necessarios inter dulces amicos consti
tuto litteras dantes ab illis te auertere ad scripta nostra confidi
mus sed sumus etiam nos amici et timemus ne inter delicias tu
as obliuioi demur. q̄ si presumimus nimis presumptionez caritas
peperit. tibi certe non erit facultas quin uiso epygrammate no
stro ad interiora transeas inquirenda. sc̄is. n. q̄ non frustra solemus
scribere. sed quid est dicis magnum est. sc̄is quanto labore conclu
sionem ex apostolica sede in re bohemica deduximus. sc̄is quot
sint aduersitates et magni et rubri capit. nunc tempus est ner
uos intendas tuos et operam des. dum rex apud te est. cudit
ferrum dum calet et nobis q̄ celerrime tradantur ne nostri procuratores impe
diantur circa possessionem si quis per mendaciam regem detineret
scribedo q̄ papa spez daret p luticone. Comendam tibi Paulū
legendorff ut iuves eū in adipiscēda possessionē decanatō glogonie
maioris q̄ sibi conferri fecimus. bonus uir est et oī fauore digno

pater optimus ad te uenturus sit. Quemadmodum papa sibi
mandauit crederemus dignationem suam utile esse in tanto con
uentu quod deus concedat. rogamus te ut in causa Clarmen.
eos fauores nobis prebeas quos speramus. nam lutico tibi notus
nobis aduersatur et habet fauorem regis Polonie. Itala sati
quiescit sed metus maximus est ne finito mense Octobri Rex
Aragonum Etruriam infestis signis terra mariq; petat. nam
et classem habet ingentem et Jacobum piccininum cum exercitu
misit in Marchiam. deus meliora promittat. in causa Olomū
czensi faciemus contemplationi tue quecunq; poterimus. tu au
tem deinceps curao ut littere regie ad Papam dirigende in cau
sis episcopalibus ad nos transmittantur et sic poterimus magis
prodesse. nam cause illis committi solent qui litteras regias pre
sentant et ita nunc factum est cum dominus Papiensis illas ha
buisset. Expedit igitur post hec considerare qui sunt illi quibus
littere committuntur afferende. Cupimus ut nos maiestati regie
et magnifico gubernatori sepius commendes. Ciale optime. Ep
Roma die secunda Nouembri. Ad ille simo quadringentesimo
quinquagesimo septimo.

NEAS. Cardinalis Senensis Henrico senftleben
Salutes plurimas dicit. Littere tue vigesima septi
ma septembribus scripte hodie nobis reddite sunt.
cognouimus apud uos rerum gestarum ordinem sed post bellum
erit aliquando paci locus. Rouarella si commendauit amicum
non miramur. smbo gallizant ardet homo incredibili desiderio
ut theutonicus uideatur et theutonie rector Rex si sapiat is ute
tur cum quibus salis comedit modium. Cardinalem sancti singe
li probatissimum patrem cupimus Albanism reuovere et consulere
rebus agendis. mittito sibi litteras apostolicas super facto Clari
ensis ecclesie in fauorem nostrum et contra Johannem luticonem
curato ut sibi q̄ celerrime tradantur ne nostri procuratores impe
diantur circa possessionem si quis per mendaciam regem detineret
scribedo q̄ papa spez daret p luticone. Comendam tibi Paulū
legendorff ut iuves eū in adipiscēda possessionē decanatō glogonie

Si placueret tibi Olomuncerii. ecclesia idq; tuis litteris intellexi
mus nihil omissemus ad honorem tuum procurandum. sed ui-
sum est reverentiam tuam non habere in ea re animum ideo sup-
sedimus ne credentes placere dispiuceremus. hic non sunt noua
memoratu digna nisi q; piccininus iam est in Marchia 7 obserat
locum cui nomen est per gula Sigismundi malatesta. prefectus
Cirib; egrotat sed conualituras creditur. Ejae optime Et Roma
die secunda nouembrii. M. cccc. lvi.

MEAS Cardinalis Senensis Johanni Rode secretario
regio. S. P. D. facias probe q; ad nos sepe scribis. often-
dis enim te nostri amicum 7 uoluptate nos afficias ornaris
simo dicendi genere regiam maiestatem nihil credimus non iuste
non prudenter agere. tum quis suapte natura in bonum fertur.
tum quis stipatus est consiliariis optimis cupimus eius nuptias
faustas esse 7 orbi futuras quales sperantur commendasse Roua
rellam in suo recessu hominem de quo scribis. nihil miramur. am-
bo Parisio studuere. ambo gallizat. sed maior ille rectorē se Ger-
manie 7 patrem regis uideri uult. regia uero maiestas si more pa-
trio utetur illis se creder quibus cum salis modium edidit 7 ami-
cicias ueteres preponet nouis. Gaudemus te consecutum esse be-
neficium 7 iam deniq; alligatum eccliesie. uidebimus procul te ma-
gnum si uixerimus. es enim apud eum regem qui tue uirtuti de-
bita non denegabit premia. tantum perge ut cepisti. 7 ab optimo
regis latere nunq; discedito cui si nos aliquando cōmendaueris
dederisq; facies quod de tua erga nos caritate non dubitemus.
Datum Rome die secunda nouembrii. M. cccc. lvii.

MEAS Cardinalis Senensis Nicolao lissio. S. P. D.
Credimus te miro perfrui gaudio in Bohemiam reuer-
sum. Rogamus ne delicie Pragenses memoriam tibi no-
stri auferant. sed cureas potius quomodo res inchoata concordie
suum teneat cursum 7 nobis rescribas persepe. causam quoq; Cler-
mieni. ecclesie tanq; tuam tibi commendamus neq; enim nobis si
ne te frugifera erit. stude ut frequentibus litteris ex curia regis p
curatores nostri ad possessionem capienda missi iuuamen hanc

7 confundantur tuo patricinio qui nobis aduersi sunt. uidebis q;
scribimus magnifico Lancellario cura ita fieri ut cupimus ne pl
spud regem ualere uideantur qui iuniores sunt in eius gratia cre-
dimus te plane intelligere que dicimus. nostra Italis tunc quies-
cit. solum Genuenses cum rege Aragonum. lites habent. 7 Sigis-
mundus malatesta contra quem missus est. Jacobus piccininus.
sed magnus timor est ne Sigismundus ipse cum comite Jacobo
conueniens aduersus etruscos nostros incendium uertat. 7 regia
classis thelamonem aggrediatur nam id iam homines auguriari
uidentur cetera spud nos quicscunt. Ejae optime 7 serenitati re-
gie simulq; gubernatori nos aliquando commenda. Et Roma die
secunda nouembrii. M. cccc. lvi.

MEAS Cardinalis Senensis Udalrico Riedrer. S. P.
Diramur non esse reuersuz ad te eum cui mutuas de-
dimus pecunias cum in causa Taurinē. ab imperatoris maiesta-
te fuisset missus. si quid de eo audiueris uelis procurare ut nobis
fiat satis de tua dispensatione faciemus cum domino correctore
quantum erit nobis possibile quis cognoscim⁹ nos obligatos in
omnibus morem gerere uoluntati tue. quantum facultas adest. fu-
iiser tamen necesse. ut alias tibi scripsimus intelligere quid sit tibi
opus. cum de prioribus dispensationibus noticiam non habemus
in causa Clermieni. credimus iam te expediuisse nuncium nostrum
si quid fierendum deinceps causam illam amicitie tue cōmendam⁹
gaudemus reverendum patrem dominum Burensem libertati
restitutum esse. sed dolemus graui eum pecunis multatum. Sue
sapientie fuit equo animo tollerare. huius mundi consuetudinem
in quo nihil est certi. cupimus tandem pacem esse inter Cesares 7
regem quam deus ipse iugisatur. nos hic alia non habemus noua
nisi q; rex Aragonum comitem isacobum piccininum contra sigis-
mundum malatestam misit. sed multorum opinio est illos duos
duces concordiam inter se habituros iunctis viribus contra Se-
nam ituros. necamus de futuris iudicare. classis magna regis
Tyrennū nauigar equor 7 dum Genuensibus minatur senenses
simil 7 florentinos territat. reliqua omnia conquiescant. hec im-
peratore maiestati significare poteris. nosq; sibi cōmendare ad

etius semper mandata paratos. Datum Rome die secunda No
vembri. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Johanni Hinderbachio.
Salutes plurimas dicit. Accepimus litteras tuas que no
bis gratissime fuerunt gaudemus tibi bene succedere utinā
et pacem in cōmuni haberes. expectamus fratrem tuum ut p̄cito
redeat et Ambrosio satissimat qui nos sepius in causa pecuniaria
molestat de perches caden expectamus tandem aliquid grati au
dire. cōmendamus tibi ecclesias nostras in Grece et in Hymning.
ut tuo faveore iuuentur et nobis deniq; utiles esse possint. similiter
et Jacobum nostrum sucher tibi cōmendamus in agendis suis.
Eupimus ut nobis sepe scribas et nos imperstorie maiestati com
mendes in prepositura tua usq; modo nihil sentimus aduerso. si
quid senserimus erit nobis amici cura ut debet. Aliis nō occurrit
Cale optime. Ex Roma die secunda Nouembri. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Ulrico episcopo Gurcen
si Salutes plurimas dicit. Quamuis permolestum nobis
est q; addiuimus de magna pecunia tibi imposta gaude
mus tamen q; carcerem evasisti et libertas tibi tandem parta est
siqua sunt que tui causa facere possumus habes nos in omni des
iderium tuum et priores et uoluntarios et illi sumus in amicicia qui
semper fuimus. rogamus ut equo animo feras fortune nouercan
tis impetum quia hic est mundi cursus. et is recte utitur eo qui mi
nus mouetur aduersis. Cale optime. Ex Roma die secunda No
vembri. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Johanni Nibili. Sa
lutes plurimas dicit. Jocunda sunt nobis omni tem
pore scripto tua quibus Germanica negocia pate
facis quamvis non ei sunt que uellemus deus aliquā
do finem imponit diutine calamitati et consanguineos regis non
sinet inter se odii amplioribus desfigrare. Italis nostra non mi
nug q; Germanis discors est ubi semper aut figet bellum aut bel
li metus instat de beneficiis postulari. Olomuncen. non uidemus.

quid fieri pro te possit cum postulero reseruari petantur ob eccl
sie tenuientem procurauimus conferre tibi iam dudum canonica
tum Gratissuēt. quod tibi Clemenslaus exposuisse debuit. si Car
mensem consequemur ecclesiam crimus tui in primis memores.
et dices nos te proculdubio amauisse. Cale et serenissime Impera
trici cōmendatos nos facito. Datum Rome die secunda Nouem
bris. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Johanni troster. S.P.D.
Scripsimus tibi per Nicolaum Creuul quid fecerimus in
re Garadien. patris optimi respondisti nobis omnis bene se ha
buisse fuit id nobis gratum. sed accepimus postea Rouarellā ver
bis suis omnia in honorem alteri transstulisse q; nos ipsi fecerimus
et pomposum illū uentosum ac fumo plenū quæ optime nosti om
nium r̄p auctoēn dixisse. credimus patrem illū sapientem non
plus creder. uerbis q; necesse sit et optime nosse q; sit natura Gal
lorum quos necesse est cacumina petere ut inde clamantes melis
audiantur. sed ista quo sum uelint proximant delabunturq;. nos
quod suum erimus erga Garadiensem ep̄m. tu cura ut uales
et uobis q; sepissime scribas cuius litteras scimus ueraces esse. Da
tum Rome die secunda Nouembri. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Andree Chicomiti. S.P.D
Accepimus hodie litteras tuas antea vero nullas obituz
reverendi patris episcopi Novariensis una tecum deplo
ramus deus illi misertus sit et locum pacis dederit. uellemus au
dere de te meliora et omnia tibi ad uotum succedere. nam te loco
fratris amamus cuius amicicia quondam dulcissima fuit et nunc
gratissima recordatio mirandum scaramutiam non te
fraternis oculis intueri. scribemus sibi et pro virib⁹ n̄is horabili
mūr ne carmen suum deserat. Laudamus magnificum Alexandr⁹
qui tibi non deest et nomini tuo satissucit cuius est esse liberalēm.
nos si quando pinguior fortuna respexit non dabimus obliuioni
Andrea nostrū cui et pro sua virtute tenemur et quis ex illa domo
natus est cui debemus omnis pro beneficiis que inde accepimus.
Cale Ex Roma die secunda Nouembri. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Johanni de lisura. salutes plurimas dicit. Non potuimus dispensationem pro amico tuo obtinere super bigamia. difficilem eaz rem summus pontifex arbitratus est pro eo qui contra concordata uestari dicebatur. fecimus verbum domino nostro. mandsuit sua sanctitas ut uocato iudice cause preciperemus ne ulterius pro cederetur. Iudeo erat Bernardus de Busco quem nosti. uocauimus eum et voluntatem summi Pontificis sibi notam fecimus is parieurum se ait ubi constiterit illum contra concordata uestari. et nunc id discutitur quantum nostre facultatis erit non quo labitur concordia nationis pro cuius honore semper pugnabimus per Cligandum secretarium adaguntini misimus tibi alphabetuz et nunc duplicam⁹ si forsitan illud non recepisti. poteris scribere mentis tue conceptum et consulere ecclesie necessitati notum nobis est acumen ingenii tui. multumq; tuo iudicio deferimus. labore tuo nostroq; si licet dicere quietem consecuta est ecclesia nostris diebus apud Germanos. Faxit deus ne lacerati uidea mus quod aliquando resarciamus multa rumor afferat et Germanos fieri Gallos. muratione contendit nobis uia salubrior esse uidetur qua patres nostri ambulauere. sed noua temptabuntur itinera. noua quoque pericula inneniuuntur. nec facile sua in dio celi quisq; Pontifex papatum habebit et sunt qui querunt et eius rei causa nigrum. in candida uertunt. sed tu bene. Cale audies uocationem oratorum principum que hic facra est utinam ea ali quid boni pariat. Datum rome die quarta nouembrie. Millesimo quadrageentesimoquinquagesimo septimo.

NEAS Cardinalis Senensis Johanni Tolnes Salutes plurimas dicit. Accepimus litteras tuas pro quibus tibi gratias agimus qui nostris in rebus fidelis sollicitudine uestis. grauamus te sed non posset fieri quin amicoz utamur opera et nos aliquando si deus dabit aliquid pro te faciemus. expectamus Ciriacuz qui ueniat in facto prepositure et cum in nobis erit concordabilis cu decano qui postq; promissu est nolum⁹ retrocedere. o prebenda Clermonti.

Scriptimus ut Petro morem gereres. habita aliqua recompensa nescimus quid ille fecerit tecum. Idem quoq; de prebenda collegiate ecclesie sentire cupimus quomodo se habuerit ille cui pro misimus cedere. qd nouissime acceptata sit alia prebenda nomine nostro non placet. uolumus esse in pace cuj istis paruis beneficiis nec intendimus si possumus cuiq; esse molesti. beneficia quoq; contra concordata uolumus acceptari id est monasterio et utinam possemus facere etiam sine prepositura. qd nollemus illi nationi quo uia pacto displicere sed necessitas urget si statum tenere debem⁹ conuenientem et reputamus nos esse Germanos tanto tempore illi nationi seruimus qd si natio illa pressus nos excludere uole feremus equo animo nec minimum beneficiuz amplius in illa que remus quod de benignitate illorum prelatorum non arbitramur esse. Cale ex Roma quarta die nouembrie. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Petro Enoi. S. P. D. Brate fuerit nobis littere tue quibus nouitates Germanicas significa sti et dictarum institutiones. Scimus nos esse tibi caros q omnia ut amico communicas. Estq; nobis non parus uoluptas re tenere memoriam ueteris amicicie. Cellamus nationem tuam uti seno consilio et non repente ad nouitates prozumpere. multo labore parta est pax ecclesiastica facile rumpetur si uolueritis. Ita erit non nobis solum damnosa sed etiam uobis et cum uoletis resarcire non poteritis leviter quod nobis dicas imputari de reservationibus ac pensionibus. nescimus id sibi uelie nisi fortasse de uno monasterio prope constantiam quod impetravit protonotarius de lapide in quo pensio nobis centum florenorum assignata exigit. sed ille aiebat placere principi patrie nec erat contra concordata cum electio ibi canonica non fuisset. De alia pensione nunq; nos intromisimus. de reservationibus est uerum. qd habemus bullam pro duobus milibus florenorum credebamus nationem illam non egre ferre si noz qui in ea nutriti sumus tantum illuc in beneficiis haberemus. et nihilominus diximus pape et scriptimus Archiepiscopo adaguntino. Treueren. et Colonien⁹ nos illa bulla nullaten⁹ uti uelle ubi concordatis cum natione aduersaretur. Itaq; nescimus cur nobis aliquid imputari possit. Comendam⁹ tibi unionez

ecclesie ut facias quādmodum consueisti quia nūhi pace melius
contra prutenos sedes apostolica usi est suis armis. restat in uos
uestris ut omni. Si quis in re natio ipsa grauatur potest recurrere
ad sedem apostolicam. crede non spernentur preces sue. si uimus
locuti Sanctissimo domino nostro de iuramento tuo. sanctitas
sua uiue uocis oraculo nobis dixit q[uod] iuramentū illud suspēdebat
ad effectum ut possis Romane ecclesie utilius seruire. et ita pote
ris affirmare te non esse obnoxium iuramento. Age igitur ut con
sueisti nos semper inuenies paratissimos ad ea que tibi grata
sunt et in clere nationi utilia cupimus ut nos commissos facias prin
cipi a Darcioni alberto cuius epimie uirtuti animam debemus.
Uale ex Roma. die septima nouembri. Ad ille simoquadringente
simoquinquagesimo septimo.

NEAS. Cardinalis Senensis Johanni Cardinali
sancti angeli. Salutes plurimas dicit. Ex Buda ite
litteras tuas accepi colendissime atque optime pater
ex quibus didicisti non comperto apud austriales regem dignationē
tuam cum in iaurinum uenisset retrocessisse. non est nūhi dubium
quocunq[ue] agis optio filio fieri. Turbines illarum partium nondū
esse sedatos et publica et priuata causa moleste fero. sed. nouit de
sine cuius nutu nūhil agitur quid rei christiane expediat. quod re
deas in Germaniam pragmicas peras et probo et laudo q[uod] times
in re bohemica credito nūhil ego temptabo sileo et silebo. quādū
uoluerio. non tamen adulabor. non sum in opinione tua ut scanda
lizari Leutonea in illa re putem. sed quamuis mihi non persuaderet
non tamen plus mihi quā tibi credo. cedo et captiuo ingenii meū
et ubi non est ratio auctoritati consentio. illud enī uaticinor nūc
uel tua dignatio uel mea prauitas Bohemiam ex integro aposto
lice sedi unitam uidebit. atque ego utinam fallax sum uates et inue
nior in hac prophetia uanus. de reb⁹ nostris nūhil est quod scribam
memoratu dignū Cirsini cum comite Everso sicut beri et nudius
tertius bello se se agerent concordia sepe quesita nondum inuenta
est. cardinalis eius familie abest neque se tutum Rome arbitratur
apostolica pietas eo est uultu quo fuit dum abiisti. prefectus Ur
bis et grauissima febre conualuit. piccininus e regno Neapolitanō

enī copiis suis in agrum picenum profectus signis mundo malate
ste bellum intulit. castellaq[ue] nonnulla ibi ademit. Genuenses a re
gia classe ad modum opprimumuntur. Legatus a Darchie in dies ex
pectatur cancellariam initurus que scribam non habeo plura. com
mendo me reverendissime dominationi tue rogans ut si Regem
Hungarie aedas apud eas causam ecclesie mee Cirmichi. adiuves
nam is cum rege Polonie plurimū potest. Et Roma die decima
septima nouembri. Ad ille simoquadringentesimoquinquagesimo
septimo.

NEAS Cardinalis Senensis. Poggio florentino
Salutes plurimas dicit Rure datas poggi amantis
sime tuas litteras accepimus que nobis et iocundite
ti et voluptati fuerunt. neque enim aliis est usq[ue] hominum cuius scri
pta libentius quā tua legam⁹. est enim in eis et dicendi ornatus et
sine quo sacrificium ueteres noluerunt debiti salis condimentum
gaudemus te bene valere et inter rusticandum philosophari. utinā
et nos par uita teneret. sunt qui egre ferunt inter rusticos uitam
agere ex quibus nihil queant discere. nobis autem molestum est in
ter eos uersari quos nihil docere possumus. edet semper discere
et magistri uoces omnibus horis auribus inculcari nostris. quod si
alterum eligendum sit auditores libentius et doctores ferem⁹. nā
si pueris molestum est semper audire quid senes et agant poeta insti
gnis in opere initio Semper ego inquit auditores tantum nunq[ue] ne
reponam uectatus totiens rauci thefeide codri. multi sunt hodie
et codri et trasones quo s[unt] audiri inuiti coguntur et nihil discentes di
scere. nos igit[ur] te felices dicimus qui apud eos euū traducis qui te
plane sapientem fatentur et audiunt percipide quamuis quocunq[ue]
in loco fueris. idem tibi accidat necesse esse. cuius etiam apud pa
tres nostros nomi laudatissimū fuit. ad oblationes tuas nihil mo
do respondemus cum prioribus litteris et quo loco te habeamus
et quales erga te si nūs abunde a nobis scriptum furcit. credimus
te arbitrari nos et tibi et tuis esse deditissimos. q[uod] si eo es animo
nihil fallaris. nos de te nobis omnia persuaderemus. Uale ex Urbe
Kalen. decembri. Ad ille simoquadringentesimoquinquagesimo
septimo.

NEAS Cardinalis Senen. Federico Imperatori. S. P.
D. Accepi litteras tuas ex Bartholomeo canonico Jar
mieni procuratore meo qui scribit mihi circa negotiis meum be
nignissimum et humanissimum habuisse responsum. nam ut retulit
sibi Ulricus Ridder tus maiestas litteras requisitas ad Serenissi
mum regem Polonie mei causa scribi iussit. fecit tua clementia ut
confuerit erga me seruulum suum cuius auxilio atque favore ad Car
dinalatum eleuatus sum. sed seruauit etiam suam in me consuetu
dinem Cancellarius Ulricus Celzeli qui rogatus et interpellatus
multis uicibus quas iussus erat litteras expedire contempserit. expe
cavit procurator meus. vi. diebus et tandem sine litteris tue ma
iestatis recessit. ob quam rem negocium meum magnum patitur
derrimentum. cum videor tuo favore priuatus. nefcio cur me ille
ideo prosequitur. Nam si ego illam ecclesiast non obtinuero no
tamen aliquis amicus suis eaz adipiscetur. supplico igitur ut tua
clementia per aliam Cancellariam litteras requisitas expidiri iu
beat et deinceps si quid occurrat in ea causa. scribendus in cancel
laria Austriae. dignetur mansuetudo tua id committere expediendum
nam ego Celzeli gratiam inuenire non possum. nefcio sua an mes
culpa. ego his diebus consanguineum suum apud Pontificem magi
strum edivui. et cum illi deesset pecunia in domo mea alii donec
expidiretur. Deus sibi meliorem mentem prebeat. Nos istarum
partium hec sunt. Ursini et Comes euersus adhuc bello se uerant
Comes Jacobus piccininus Sigismundum maltestam armis la
cessit. Rex Aragonie Genuenses classe premit et in Riparis Be
neue plura oppida ui et tracatu cepit. Papa sospes est et ad rem
contra Lurcum feruentior indies assurgit. Et orienti certum est
nuncium allatum Lurcos apud Nitilenem bello uictos fugatosque
esse. Alius non occurruit facio me commendatus sublimitati tue. ad
eius semper mandata paratum. Ex Urbe die. xxii. Novembri.
a.D.cccc.lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Johanni Nibilli. S. P. D.
Accepimus litteras tuas quibus rogas ut preposituram
Brunensem tibi impetrarem usus non fuisse pueritam
omicidiam tuam fecissemus pro te quod nostre uires potuisse

Nam te sincere amamus et fratri habemus loco. sed iam circiter
menses tres elapsi sunt et dominus Genceslaus bohemus cum
hic eis orator dominorum de Rosis eam in nostra presentia a do
mino nostro petiuit et papa nobis comisit ut adueniente tempore
sibi ad mentem deduceremus itaq; non poteramus fidem nos ser
uare. Hoc et prepositura Genceslao collata est quamvis maiestas
regia referuari illum postulato cuperet rogamus igitur equo sim
mo feras quod factum est. nos deinceps curabimus pro utribu
tue uoluntate morem gerere si quid occurrat in quo possumus ad
iumento esse. nam certe anxi sumus pro tua uirtute tibi non esse
proiustum. si obtineremus Carmensem ecclesiam ibi aliquid tibi
pingue concederemus. sed res longa est atq; perplexa. Agimus
tibi gratias et nouitates istarum partium nobis se numero scri
bis idq; ut sedulo facias rogamus. Datum Rome die. xxii. No
vembri. a.D.cccc.lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Johanni Inderbachio. S.
P. D. Accepimus ex litteris Bartholomei canonici Jar
mieni. procuratoris nostri litteras in causa nostra petitas
quamvis et Cesarea maiestate concessas non tamen obtentas fuisse
quoniam cancellarius eas expedire suo more neglexisset. ob quam
rem Bartholomens quamvis sed diebus expectasset sine illis reces
sit. et licet Artongus illos. ad nouam ciuitatem afferre debuisset
nihil tamen factum est. non miramur de cancellario. ille enim suā
erga nos seruat consuetudinem. sed miramur te passum esse res
nostras in manus illius peruenisse qui nosti et nos et illum. poteras
insuper cum eius cunctationem uidebas. Cesarem accedere et rei
nostre alio modo consulere. nos hic nullam habemus aliam curam
et Cesari et suis morem gerere et scimus nos id esse obnorios face
re. neq; cessabimus uita comite equum tam putamus aliter nos
in curia Cesarea tractari. et cum non dubitemus principis gratias
habere non possumus non uehementer admirari ita rem nostram
esse neglectam. Ceterum cum prieterita reprehendi facilius et cor
rigi queant. rogamus deinceps nos patiaris quod nos tangit ad
imperiale deferi cancellariam et cum nos hic uestri simus. uia
illuc non sitia nobis alieni. si uidetur aliqua uia et adhuc littere

mitti ad reges Polonie possint facio quod amico credis esse uti
le et purga mora. Ep. Roma die. xxii. Novembris. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Ulrico Rieder. S.P.D.
Littere cesarea ad regem Polonie nostri causa scribende
ut ex Bartholomeo sumus edicti quamvis a Cesare con-
cessa benignitate obtineri non potuerunt. Nescimus an Czelzeli culpa
qui reuertit expeditionem an tuis qui homini nobis parum amico
expeditionem commisi. nos certe non sine graui danno frustrati
sumus. si quid a nobis commissum est proper quod ita debeamus in
curia uesta tractari. Rogamus nos certiores efficias. et si peccatum
nostrum est id emendabimus. nos certe qui a Cesare ueniunt sum-
ma eos diligentis prosequimur. ac non solum verbis sed etiam pe-
cunia adiuuam. uelis deinceps tua amicicia negotia que nos co-
cernunt ad aliam deferre cancellariam ubi amicos habemus et lic-
teras nostras cesareo culmine legit. Datum Rome die. xxii. No-
vemboris. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Ulrico episcopo Burce-
si. Salutes plurimes dicit. Gaudemus de reditu tuo
et si magna pecunia emptus est sed longe pietate pecu-
niæ q[uod] corpus negligere si potuissest tibi esse adiumento id
quidem cupide egissemus neq[ue] negleximus quod in nobis fuit q[uod]
uia profutus nihil. ita nunc res se habent neq[ue] humana neq[ue] diuina
lura pondus habent sed patramus adhuc illum daturum penas q[uod]
tantum admisit scelus. nunc quod scribamus non est aliud nisi q[uod]
te cum conquerimur non potuisse nos in curia cesarea litteras ob-
tinuisse ad regem Polonie commendatarias quod quidem non de
Cesare dicimus. nam sua mansuetudo benigne annuit litteras scri-
bi debere. sed cancellarie impedimento fuit cuius rector pro cra-
tinando negauit expeditionem et procurator noster delusus abiit
non sine magno danno nostro qui litteras cesareas nobis admo-
dum profuturas arbitrabamur. rogamus te ut hoc cesareo culmu-
ni exponere uelias et si quis est providendi modo rei mee consulito
Ep. Roma die. xxii. Novembris. ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Henrico senfleben. S.
P.D. Negligenter factum est q[uod] littere imperiales no[n]
sunt habite ita illi amici sunt nos aliter cum eis agamus
curandum est ne definc regie fortasse ita placet deo ut huius cau-
sa regi tantum simus obnoxii scimus tamen imperatorem no[n] esse
in culpa cuius benignitatem experti sumus Czelzeli ea malignitas
est. Cura expediende rei tua est. quodcumq[ue] mandatum procureto-
ribus nostris dederis id uolumus racum esse. Credimus tandem ne
esse erit paulum eo profici alioquin paru[m] speramus cum te hue
rediturum audiamus alia que modo scribamus non occurunt.
Italia ita se habet sicut heri et modius tercius. nepos pape adhuc
egrotat et putatur eiusurus legatus ep. ad Archis propediem redi-
turus expectatur. Ep. Roma die. xxii. Novembris.
ad. cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Clemens Bobemo. S.
P.D. Seruauimus quod promisimus et annuente deo
tue satissimum uoluntati preposituram Brunensem
consecutus es munere apostolico et nostra potissime sollicitudine
q[uod] inuante reverendissimo domino Rothomagen. Cardinalem Pa-
piensem alteri consulentem uicimus. tuu[m] nunc est ut possessiones
seque studeas et pro nobis in ecclesia Germensi tuis operas im-
partiaris. in qua re no[n]e indies difficultates emergunt. facient do-
mini de Rosis rem nobis gratissimam si bac de causa ad rem Po-
lonie te miserint. Ep. Erbe octava Kolen. Decembrio. ad.
cccc. lvii.

NEAS Cardinalis Senensis Francisco Philepho. S.
P.D. Litteras tuas francisce amantissime et quidem
seuissimas accepimus ad Dediolan ad. viii. Kolen. No-
vembria scriptas cu[m]q[ue] his dulce carmen sale conditum optimo.
Priores quoq[ue] nobis redditio fuerant et uersus impares ex officina
tua pericundi testiq[ue]. quibus iampridem respondim. Nunc pau-
co ad nous scripta dicemus. Johani. papa tertius et xx. cum plus
equo laudaretur. scio inquit me ludi sed falsa quoq[ue] laus me dele-
ctat. id est nos dixerimus no[n] sunt nr[ae] q[ue]les nobis attribuis laudes

scimus quo pede claudicamus quem dolemus dentem. laudari tam
men falso q̄ uicuperari vero malimus. tibiq̄ gratis habemus qui
nos immortales facis libum tuum iam dudum in Catheloniam
abuse putam⁹. nihil est q̄ de illo speres. vacua bibliotheca est pre-
ter uerboas leges nihil habet penophontem filium tuum optimū
adolescentem ⁊ tuī imbutum disciplini in familiam nostram re-
cepissemus ⁊ sui ⁊ tui causa libenter si facultates nostre tulissent
sed non sunt opes nostre que longum ferant famulorum ordinem.
⁊ curiam splendidam uiuim⁹ tenui mensa ⁊ inter ultimos haberi
Cardinales esse putamus. Cōsule ⁊ nos perge amare. quando
quidem id recipiōcum sit. Ex urbe Roma. v.ii. Kalen. Decembri.
A.D.cccc.lvii.

MEAS Cardinalis Senensis Latino Cardinali de Ursi
nū. S.P. D. Quamvis non scripsi hactenus paternitati
tue non tamen minus illi ⁊ deditus ⁊ affectus fui. sed cau-
sam mee taciturnitatis tua singularis prudentia per se optime
nouit. non sunt ea tempora que missiones litterarum exposcat
nec uidi meis litteris aliquid asseri posse presidium rebus tuis q̄
si uidisse etiam cum periculo scripsisse. ita enim dignatio tua
de me merita est. nunc uero ⁊ taceo ⁊ simul superos oro ut finem
aliquando tuī tempestatibus tribuant ⁊ reddant nobis personam
tuam qua non sine incōmodo sacrum collegium caret nouitares
nullas habeo scribendas q̄s nō pote dignationi tue notas nisi forte
germanicas. sed impliciti bello proprio homines non solent exte-
na cursare. hec scripsi ne perpetuum silentium meum accusares q̄
uis scio tuam circumspectionem ita me suum servitorem amare
ut nihil in sinistram partem recipiat. cōmendo me iterum ⁊ iteru⁹
paternitati tue ad eius mandata paratissimum. Ex Urbe die. xvi.
Nouembri. A.D.cccc.lvii.

MEAS Cardinalis Senensis Sigismundo malareste. S.
P. D. Fuiimus hoc mane cum sanctissimo domino nostro
dum cancellarius tuus audiretur ⁊ intelleximus que dicta
sunt tam per sanctitatem domini nostri q̄s per ipsum cancellarius
super controuersia que est inter senerrissimū regem Aragonū ⁊ te

circā quam rem etiam seorsum idem dominus noster nobiscum lo-
quitur est in summa uidemus ipsum dominum nostrum affectus
esse statui tuo uelletq̄ tibi semper bene consultum esse oportet enī
suam sanctitatem habere respectum non modicum ad prefatum
regem Aragonum ⁊ habere oculum ad terras ecclesie ⁊ ideo ne
cessēt ut prudenter se habeat nec potest semper omnia facere q̄
uellet quibus ex rebus consideratis omnibus pro directione veru⁹
tuarum ad evitandum pericula que possunt emergere. uidetur no-
bis consultum esse q̄ tu de summa pecuniarum quas regia mai-
stas a te petit offeras illam quantitatem sine ulla dilatatione persol-
vere que liquida est de parte autem alia supra qua pietendis non
teneri prebebas mensem in qua dicta pecunia parata sit ad requisi-
tionem regia casu quo sanctissimus dominus noster decerneret te
obligatum esse ⁊ affirmes te uelle stare determinationi domini no-
stri. Et hec uidetur nobis uia rationabilis. nec putamus alio mo-
do rem bene sopia posse. rogamus ut recte consideres omnia ⁊ re-
cipias consilia eorum qui te amant. nec uelis pro modica pecunia
te in periculo ponere quis nō est parvus aduersarius tuus nec res
bellicē semper ex opinione succedunt. Ad felicem est multo certa pac-
q̄ sperata uictoria. scimus te non libenter audire consilia quia ta-
men periculum prouincie timemus non possumus facere quin ea
que nobis uidetur utilia significemus. tuum est in bonam partem
recipere que a nobis sincera mente scribuntur. Datum Rome Ka-
len. Decembri. A.D.cccc.lvii.

MEAS Cardinalis Senensis Jacobo Lodromo medico
S.P.D. Habuimus ex ferraria litteras tuas libentius te
uidissemus pro caritate qua tibi sumus affecti. det deus
ut aliquando simul reperiāmur. sacerdemus libenter omnia
qua possemus pro tuo honore ⁊ utilitate. sed non uidemus modo
cōmoditatē. tempora enim mala sunt sed si quid occurrerit nō
erimus tui immemores. rogamus ut cōmendes nos Imperatorie
maiestati ⁊ iudea latorenī presentium ad expeditionem suam in fa-
cto ecclesie Clarmieſi. quam si obtinere poterimus non erit quin
utilites tibi redunder. Salutes ex parte nostra Ulricum Riedrer
⁊ Walterum zebinger ac cancellarium imperiale ⁊ alios amicos

nostros dolemus multum de capture episcopi Burcen. et Johanni ungad et aliorum utinam possemus eorum liberationem pro curare profecto nihil omittremus ex nobis possibilibus Johanne inderbachium cupimus nostro nomine salutari simulq; dilectissimum filium tuum Federicum cum coniuge tua honestissima. Cale in christo optime nostri memor et amans ut soles. Datum Ro me Kalen. Decembbris. 14. cccc. lxxii.

NEAS Cardinalis Senensis Laurentio rouarellis. S.
cuisset. Saucia ergo graui cura Lucrecia: et igne capta cōpo: iā
se maritatē obliuiscit. Virū odit: et alens venere vulnus: infi-
ros pectori tenet Euriali vultus: nec vllā mēbris suis quietem
p̄t̄et: secūq; nescio qđ obstat ait: ut ap̄li vīro berere nequeā
Ali me iuuat ei: amplexus: nil oblectant oscula: fastidia verba
ingerunt: pegrini semp aī oculos ē imago: q̄ bōdie proprio: erat
Cesar. Excute xceptas et casto corpe flāmas: si potes infelix. Si
possem nō essem egra ut sum. noua me vis inuitā trahit. Ali/
ud cupido suadet: aliud mēs. Scio qđ sit meli: qđ deterius est
sequor. O ciuīs egregia et nobilis: qđ tibi cū pegrino est: qđ in
extraneo vixeris: qđ thalamos alieni xcipis orbis. Si virū fa-
stidis: hęc etiā p̄t̄ dare terra qđ ames. Sed beu mībi: quenā
illi est facies: quā nō moueat ei: forma: p̄tas: gen: virtus. Cor

te mea pectora mouit: et nisi ferat opem disperco. Oly meliora dicit
Uach prodit ego castos hymeneos: mecum aduenit nescio cui cre-
dam: qui vobis abusus me fuerit abeat: virgo sit alteri: et me pe-
ne relinquit. Sed non est eius vultus: non ea nobilitas animi
videbit: nec gratia formae illa est ut timeam fraudes: et amoris obli-
via nostri: et dabit ante fidem. Cur tutam timeam: accingar: et oem-
mo: a pellam. Ego quoque ita sum pulchra: ut non me minus ille
velit quam ego ipsum cupiam. Semper se mihi dabit: si semel ad oscu-
la fuerit receptus mea. Quot me ambiuit proci quoque pergo.
Quot rivales ante fores erubuerunt meas. Dabo amori operam.
Aut hic manebit: aut me secum abitur: abducet. Ergo ego et ma-
trem et virum et patriam relinqua. Seua est mater: et meis semper ins-
festa gaudijs. Viro carere quam potiri malo. Patria illuc est ubi de-
lectar vivere. At famam perdam. Quid mihi rumores hominum:
quos ipsa non audiatur. Ribil audet qui famam nimis studet. Mul-
te hoc fecerunt alii. Rapi Helena voluit: non inuita asportauit
Paris. Quid Diana referat vel Medeam. Nemo errantem argui-
rit qui cum multis errat. Sic Lucrecia. Nec intra pectus minoria
incendia nutriebat Eurialus. Medias inter cesaris curia et Eu-
riali domum Lucrecia edes habuit. Nec palatiu[m] Eurialus pete-
re poterat: quin illa et altis se ostentante fenestris se haberet in
oculis. Sed erubuit semper Lucrecia: cum Eurialum vidit. Quem res
Cesarum dedit amoris consciuum. Nam cum ex sua consuetudine: nunc
huc: nunc equitaret illuc: et bac sepe transiret: ait ad uertit mutari
feminam Euriali aduentu: qui sibi quasi Octauiano Decenates
astabat. Ad quem versus: Euriale siccine viris feminas. Mulier
ista te ardet. Semel tanquam amanti inuidet: vobis ad edes Lucre-
cie ventum est. Euriali oculos pileo contexit. Nec videbis inquit
quod amas: ego hoc spectaculo fruar. Tum Eurialas: quid hoc si-
gni est Cesar? Ribil mihi cum illa: sed hoc facere incautum est: ne
circumstantes in suspicionem reducas. Erat Eurialo spadix equus
arduus: ceruicis angustis capitis: quem et breuis aluus et obesa te r-
ga spectabiliter reddebat: animoso pectori: chorus lururiantibus:

qui sonante tuba stare loco nesciebat. Antebat auribus: et colle-
ctum tremens voluit sub auribus igne. Oensa tuba et dextro ian-
ctata recordebat in in armis: et cauas tellure solidi cenu gran-
ter sombat vngula. Similis illi siebat Eurialus: visa Lucrecia.
Quem licet dum sola fuit claudere viam destinasset amori: ut tamen il-
lum aspergit: nec modum tamquam nec sibi ponebat: sed ut siccus ager
qui admissus igne coheruit: et chorus perficit altius: sic infelix Lu-
crecia exardebat. Ita est sane: ut sapientibus videbitur: Humiles tamen
casas inhabitat castitas: foliacus pauperies affectu sano tenet: et
quem domus se coeret modico. Divites edes nescit pudicitia.
Quisquis secundis rebus eruditus: semper insolita appetit: delicata
est eligit domos: et penates magnos. Oira fortunatus comes libu-
do. Intuens igitur Eurialum quod sepe transeunt Lucrecia: nec ar-
dorem compescere potens: diu secum cogitauit cui patet faceret. Nam
qui tacitus ardet magis visitatur. Erat inter viri seruos Sofias
Teutonicus senex: heroique fidus: cui iam diu serulerat liberalis-
ter. Hunc aggreditur amans: plus nationis quam homini credens. Ibat
magna proceru[m] stipite caterua per vadum Cesar: iamque Lucrecia
domum proterebat. Quem vobis adeles Eurialum cognouit: adesto in-
quit Sofia: paucis te rolo. Recepit deossum ex fenestra: vobis nam
gentium inuenimus est huic similis. Vida ut oea calamistrati sunt
erecti eminentibus humeris. Aspice cesareos et madido cirro eorum
tortos crines. O quales facies. Oes lactea colla ferunt quo sese
ore ferunt quam forti pectori. Aliud est hominum genus quam terra no-
stra producat. Semen hoc deorum est: aut celo missa progenies. O si
ex his mibi virum fortuna dedit. Risi testes oculi essent: nunc
quam tibi haec narranti creditissim. Et si fama fuerit praetare ovi-
bus gentibus Germanos: credo subiecta Borei fore plagam: ex
frigore magno albedine matuari. Quod tu aliquos. Quai
plurimos inquit Sofias. Tum Lucretia: Eurialus franconem
noscit. Tancum me ait Sofias. Cur enim hoc rogasti. Oicam inquit
Lucretia: scio quod in apertum non ibit. Hanc speni maldi tua bo-
nitas facit. Et haec qui Cesari astat nemus mihi Eurialo est gra-
tior: in hunc animus commotus est: nescio quibus exuror flammis.

nec illum obliuisci: nec mihi pacem possum dare: nisi ei me facio notam. Perge ovo Sofias: conueni Eurialum: dic me ipsum amare. Alii volo et te amplius: nec tu frustra hoc nunciū facies. Quid audio refert Sofias. Vppcine me flagitia facere aut cogitare bera. Prodam ne ego dñm: iamq; senex incipiam fallere: quod iuuenis abhorui. Quin potius clara pgenies buius vibis: extirpa nebandas siāmas e casto pectore. Ne obsequere dirę spei: extingue ignem. Nō egre amorē pellit: qui primis obstat insultibus. Qui dulce malū blandiendo nutrit: duri et insolentes dñi seruiti se dat: nec cum vult excutere iugum pōt. Q; si hoc resciret maritus: ben quibus te ille laceraret modis. Nullus diu latere potest amor. Tace inquit Lucrecia: Aibil loci terrori est. Aibil timet qui nō timet mori. Quēcūq; dederit ecclitum casus feram. Quo misera pergis Sofias retulit: domū infamem reddis: solacij tui eris generis adultera. tucū esse fas cinus reris. Mille circa te oculi sunt. Non sicut genitrix oculum scelus: nō i; r: non cognati: non ancillę. Servi ut faceant: iumenta loquentur: et canes: et postes: et marmora te accusabūt. Atq; ut teles omnia: qui videt omnia celare nō potes deū. Disceq; q; pena p̄fens consciē mentis: et animi culpa plenus seq; ipsum timens: negata est magnis sceleribus fides. Cōpesce obsecro impij amoris siāmas: expelle facinus mente casta horridum. Metue cōcubitus nouos miscere thalamis mariti. Scio rectum: esse quod dicas retulit Lucrecia: sed furor cogit sequi peiora. Scit animus quātū p̄cipitiū instat et ruit. Vincit et regnat furor: potensq; mente tota dominat amor. Stat sequi qd regnū iubet amoris. Namis ben nūmis reluctata sum frustra. Perfer si mei te miseret nunciū. Ingenuit sup bis Sofias: per quę has dixit causas senectute comas: fessissimq; curis pectus: et fida quę p̄ebui generi tuo seruitia. Precoz supplet: siste furor: tecq; ipsam adiuua. Pars sanitatis ē velle sanari. Tū Lucrecia. Nō ois ait ingeniu reliquit pudor. parebo tibi Sofias: amorē q; regi nō vult vincā. effugiu ē bui: mali: morte ut p̄ueniā nefas.

Exterrit? bac Sofias voce: Moderare inquit bera mētis esse: na īmpetus: coerce animos. Nūc vita ea digna: quia te nec dignam putas. Decretū est ait Lucrecia mori. Admissum scelus Colatini vro: gladio vindicauit. Ego honestius p̄ueniā mori te cōmittendum. Genus leti quero: laqueo ferro: p̄cipitio: veleno vindicare castitatem licet. vnu borum aggrediar. Nō patiar inquit Sofias. At Lucrecia: Si quis mori cōstituit probaberi non pōt. At porcia Catonis mortuo Bruto cum ferrum sibi subtractū esset carbones ardētes ebibit. Si tam proterius inquit Sofias incubat mēti furoz tuę vitę q; famę consulendū est. Fallax sepe fama est: quę malo melior: bono peior nōnunq; datur. Lentemus bunc Eurialū: et amorē operā demus. Deus erit iste labor: tibiq; ni falloz remi confessam dabo. His dictis incensum animū inſāmauit amore: spemq; dedit dubię menti. Sed nō illi animus erat: ut quod dicerat esset factur. Differre animū ſeminię quererbat: furorem īminere: ut sepe temp⁹ extinguit siāmas: et adimit egritudinem dies. Exſtimauit Sofias falsis gaudijs puellam pducere: donec uel C̄esar abiret: uel mens illius mutaretur: ne si negasset aliis nūcius quereretur: aut in se manus multa iniceret. Sepe igitur ire atq; redire se ſimxit: et illum gaudere amore suo: et temp⁹ idoneū querere quo īnuicem affari poſſent: dicit. Interdu non fuſſe loquēdi oportunitatem. Nōnunq; se mitti extra vibem studuit: ac in redditū gaudia distulit. Sic diebus multa egrotum pauit animū. Et ne per oia mentiretur: ſemel tñ adorsus Eurialū: O q; bic dilectus es ait. Nec illi querenti qd hoc eſſet respondit. At Eurialis ſecreto cupidinis arcu percussus: nullā membris quietem dabat: igne furtivo populante: venalq; totas penitus vorabat: medullas. Non tñ Sofiā nouit: nec Lucrecię mīſsum putauit: ut omnes minus ſpei habemus q; cupiditatis. Hic ubi ardere ſe vidit: diu prudentiā ſuam miratus est: tecq; multoties increpauit. En Euriale quid sit amoris imperiū tu nosti. Longiluvens breves rilis: parua gaudia: magni metus. ſemp moriuntur: atq; imp̄r̄ moris!

et nunq̄z mortu⁹ ē q̄ amat. Quid tu bis nngis imisces iterū
Et cū se frusta niti videret: qd tādē ait incassum miser amorū
repugno! Num me licet qd Juliū licuit: quod Alexandrū: qd
Bibal⁹? Quid viros armatos refero! Aspice poetas: Uingili⁹
p̄ funē tractus ad mediā turrim pependit: dum se mulierculę
sperat vīstrū amplexibus. Excuset quis poetam ut lariois rit⁹
cultorem: quid de p̄philosophis dicemus disciplinariū magistris
et artis bene vīuendi p̄ceptozibus? Aristotelem ranq̄z equum
mulier ascendit: freno coercuit: et calcarib⁹ pupugit. Dīs equa
potestas est Cesarū. Non est verū quod vulgo dicit⁹: Hō bene
cōueniunt: nec in vna sede morant̄ malestas et amor. Quis ma-
ior est amator: q̄z noster Cesar: quotiēs hic amorū operam de-
dit? Herculem dicit⁹ qui fuit fortissimus: et certa deorum sobo-
les: pharetris et leonis spolio positus: colū suscepisse: passimq̄
aptrari digitis smaragdos: et dari legem rudibus capillis: et ma-
nu qua clauam gestare solebat properatē fuso duxisse filia. Nat-
uralis est hēc passio. Sentit ignes genna aligerū. Nam uiger
a viridi turtur amāt aue: Et varijs alib⁹ iungunt̄ sepe cohunu-
bē. Si rēbōz memini quē ad p̄baraonem Skulū scribit Gas-
pho: Quid quadrupedes referam: mouet pro cōiugio bella iu-
mentum. Timidi cervi p̄flla poscūt: et cōcepti furoris dant si-
gna magientes. Urus bircanę tigrides. Vulnificus aper den-
tes acut⁹. Peni quatū terga leones: cum mouit amor. Ardente
insanię Ponti belus. Nibil īmune est: nibil amorū negatū: odiū
parit cum iussit amor. Juuenū feroces concitat flāmas: senni
busq; fessis rursus extintos reuocat caloza. Virginū ignoto
ferit igne pectus. Quid ergo nature legibus tenitar? Qia vin-
cit amor: et nos cedamus amorū. Nec vbi firmata sunt: lenā que-
rit: cui h̄as ad nuptiam ferēdas cōmittat. Nifus buic fatus co-
mes erat: barum rerū callidus magister. bic priuincia suscipit:
mulierculā conduce: cui lictere cōiectuntur: in bāc sententiā
scripte.

Epla Euriali ad Lucretiā.
Illustratio de Lucretia meis scriptis: si qua multa falso

pugnans. Quid enim est qd uel me iam pene quadragenariū
scribere: uel te quinquagenariū de amore cōueniat audire? Ju-
uenes aīos res ista delectat: et tenera corda deposita. senes aut̄
eam idonei sunt amoris auditores: q̄z prudenti⁹ iuuenes. Nec
quicq̄ est senectate deformius quz venerē affectat sine virib⁹.
Inuenies tñ et aliquos amātes senes: avaratum dō nullū nam
et matronis est et p̄tib⁹ respectū seniū. Nullus amore tenet
mulier: nisi quem viderit etate florentem. si quid aliter audis:
decepcionib⁹. Ego dō agnosco amatoriū scriptum mibi non
convenire: qui iam meridiem pretergressus in vesperum seror.
Sed nō min⁹ me scribere q̄ te poscere dedecet. Ego tibi debeo
morigerus esse: tu vide quid postules. Nam quāto es natu ma-
turiore: tanto q̄uius est parere amiciti⁹ legibus: quas si tua hu-
stitia nō veretur mandādo infringere: nec stultitia mea trans-
gredi timebit obedieō. Ena in me tōe sunt beneficia: ut nibil
negare petitionū tuarū queram: etiā si admittū sit aliqd turpi-
tudinis. Parebo: igit̄ petitiōi tuę iam decies multiplicatae: nec
ampli⁹ negabo qd rāto postulas desiderio. nō eni⁹ ut ipse flagi-
tas: factor ero: nec poetica vtemur tuba: cum licet vera referre.
q̄s eni⁹ tam neq̄ est: ut metiri velit: vro se pōt ueri. Quia
tu sepe amator fuisti: nec adibue igne care: vis tibi duoz̄ amā-
tum ut bystozā tecam. Negcias ē quē te nō sinit esse senē. Ero
moriger⁹ cupiditati tuę: et bāc nimis egri canicie purire faciā.
Nec fungā: q̄i rāta ē copia beri. Quid eni⁹ est toto terraz̄ orbe
amore cōiūs: quē ciuitas: qd opidū: quē familia vacat et cōpliā.
Quis trigeminū nact⁹ annū amoris cā nullū pedit facin⁹. Ego
de me facio. cōiecturā: quē amor: i mille picula milis. Ego super-
ris gr̄s: q̄ structas insidias millies fugi: felicior astro martis
quē vulcanus cū venere iacentē ferreo illaqueavit reticulo: de-
ridendūq; dijs cōteria ostēravit. Sed alienos potius q̄ meos
amores artingā: ne dū vetusti cīneres ignis euoluo: scintillulā
adibuc vimentē reperiā. Referā aut̄ mirū amore peneq; incredib⁹
bilem: quo duo amantes: ne dicam amante: et inuicem exarsere.

Aec veteris aut obliteratis utar exemplis: sed nostri tempore
ardentes faces exponam. Aec Troianos aut Babylonios;
sed nostre vrbis amores audies: quis ex amantibus alter sub
Brito nac^e fuit cito. forsitan et binc fugere aliquid utilitatis
licebit. Nam cum puella quæ in argumentu venit amatore per/
dito inter plorandum mestam et indignantem exalauerit anima:
alter vero munq^e post hoc ver^e letitie participa fuerit: comonis
tio quidem iuuenibus erit ut abstineant nugis. Aduerat igitur
adolescentulæ: et hoc edocet casu videat ne post amores iuueni
se eant perditi. Instructus huc bystoria iuuenes: ne militiæ mulierum
se accingant quæ plus sellis habent q^u mellis. Sed omis-
sa lascivia quæ homines reddit insanos: virtutis incumbat stu-
dijs: quæ professor^e sui sola beare possunt. In amore autem quo
lateant mala: si quis aliud nescire: binc poterit scire. Tu valer
et bystoriæ quam me scribere cogis attentus auditor esto.

Epistola Ene^e Silviⁱ p^hilobolomini: quæ iuueni nō esse ne-
gandum amorem dicit.

Ilustrissimo principi Sigismundo Duci Austriæ dño suos
Eneas Silvius S.p.d. Efflagitasti modeste a me pridies
tibi ut amatoria aliquius epistam mitterem: cuius exemplo
suadere posse virginis quam diligis: ut amare te finaret. Alio
tibi forte hoc negasset: timens ne prolaberis. ego annuendum
duri. Scio nac^e humanae ritus conditionem. Nam qui nō amat
in adolescentia: in senio amat: quo tempore derisui est et vulgi
fabula. qm̄ etas illa amoris incepta ē. Rosco preterea amoris co-
suetudinem: qui in iuuentute torpentes virtutes excitat: būc in
armis exercet: illum in litteris: et studet quicq^u id agere propter
quod amic^e placeat. Et quia virtutes nomen boni faciunt: vir-
tuti dat operā qui amat: ut ante puerū facie laudetur. Et q^uoq^u
hoc ineptum virtutis p^{ri}miū sit: probabile tñ est quacūq^u ratu-
one virtutes adipiscari. Adolescentes insuper nō sunt nimis
cobiendi: ne languidi et inertes fiant: permittendusq^u bis est

aliquis ludus. Indulgendū est aliquantis per volupati eop^u ut
animū et cor sumant: ut sciant malum et bonū: ut virtutias mū-
di noscant: illasq^u cum viri facti fuerint uitare sciant. Hac de
causa gessi morem voluntati tu^e: et operatam epistam bac conditio-
ne tibi transmittens: ut amans nō negligas studia litterarū:
sed quemadmodū apes et floribus nulla decarpunt: sic tu ex
amoris blāditijs ad virtutes veneris. Vale. Ex Grecz die. iiij.
Decembri Anno dñi. M.ccc.xliii.

Eiusdem Ene^e epistola amatoria.

Igismundus Bustriæ dur. S.p.d. et seipsum dat singula-
ri domine suę insigni et formosissime virginis Lucretie re-
gio Daciæ filię. Volui te sepius alloqui: amore meū tibi no-
tum efficere. Sed etas mea nimis adhuc verecunda est: quæ nō
patitur quod intra me sentio foris extire. Quāprimum incipio lo-
qui: mor rubor adest: timor impedit: et medijs vot in fauibus
bret: nec cogitata possum effari. Timeo modestiā tuā ne me
arguat. Vereor astantes ne me derideant. Daresco me ipsum:
ne balbutiens fiam. Ac de te quod statuerā dicere: decreui lris
committere: quia epistola non erubescit: nō suspirat: non timet
quenq^u. Forsitan arduū aliquid et per difficile postulaturū me
putas. Parū est quod volo: at si mibi concesseris: multū existi-
mabo. Ego enim: modestissima virgo: fateor me tui amantem
esse: captumq^u tui vultus splendore. nec alia die noctuq^u cogito
q^u te. Tu mibi semper in mente: te in corde: te in animo geror.
Tu meum desideriū es: tu spes mea: tu quies: tu refrigerium.
Cum te video quiescit anim^e meus: et se oblectat. At cum abes:
nec te cernere possum: magis virgo: stimulis: nec aliud medi-
tor: nisi ut q^uip: in te reuisam. Hoc multiplici causa factū est.
nam et forma et honestas in te cōcurrunt. Laudant Helenā po-
ete. At ego illam nō existimo tibi fuisse similē. Aec polizenam
tibi cōparauerim: aut eam quā dilerit Hercules Diana. Tu
oēs vincis et pulchritudine et moribus. Quasi altera p^hilome-
na: a calce visq^u in vertice nulla est in te menda. Crines tui splen-

dorem aurum superante. Frons alta et spaciofa est: supercilia in arcu tesa: debitibus spacijs extinguntur. Culii tui tanquam duo eminant sydera: inde sagittas eniustis et vulneras iuuenes. Hinc quos vis occidis: et quos vis vivificas. Nasus suis conueniens partibus facie mirifice honestat. Genas canore nivio resperfas modestus rubor intersecat. Quid labia corallina et crystallinos referam dentes: et oculis oris tui partes: unde melliflua manant verba? Hinc risus ille progrederi qui me sepe ad intimam penetrat. O virum felicem: qui labia illa mordebit: qui tales oscularitur genas: qui mentum tuum et candidiorum Schypticamue glam tuam poterit tangere. Nolo pectoris tui et illorum pomorum que ibi latente mentione efficere: ne referens nimis ardeam. Tu te scis quam intra et extra formosa es. Ego magis mirari quam digne commendare te possum. hoc tamen dico: quia mores tui regio fastigio digni: et forma plus quam duci possit honesta. Ex duce me seruum tibi fecerunt. Tuus enim sum. nihil magis cupio quam rem gratam tibi efficere. Nec mirum. Nam et probibus ut inquiuit fabule licet esse Iouis regis Cretae: quem vetustas per deo coluit filius. Admeti enim regis filia amans: pastorem se fecit: et gregem pavit. Ego igitur libens seruio tibi. Nec aliud a te postulo: nisi ut amare me sinas et animo equo feras si mibi dicaris amata. Hoc est quod rolo: peto: erigo: nil postulo plus. Factum ut amator dicar. nam et amator et seruus ero: dummodo annuas. Confiteor dignam te fore quam maiores et meliores quam ego sum ament. Eset vir Paris aut Hy politus dignus amore tuo. Tu tamen noli querere formam: nam et pulchri sunt: superbi etiam sunt: nec stabilem habent amorem. In me erit amor perpetuus: qui natus in adolescetiam meam flore etatis crescens ad senium perducetur: dummodo tu mibi faueas et me adiuves: quem tamen non debes etiam despicer. nam ut mibi non negauit deus mediocrem formam. Sunt mibi preterea opes multe quae oculi erunt tuis: si vicem amoris rependeris. Haec quod dixi. Alii mihi errauit: non ut ames peto: sed ut amare me sinas. Hoc si tua erit graia impetravero beatus sum. Tu quid factura sis restringe. Vale animula mea: delitiae meae: corculum meum. Datu Breyt et.

et copia fore. Sed ois salutis viteque spes et te pender. Ego te magis quam me amo. Nec te puto latere meum ardorem levi pectoris. Iudeo tibi esse potuit vultus meus? sepe lacrimans madidus: et que vidente te emitis suspicio. Fer benignie te precor: quam me tibi aperio. Cepit me decus tuum: vinculumque tenet etimia qua omnibus prestas venustatis gratia. Quid esset amor antebac nescius: tu me cupidinis impius subiecisti. Pugnauit diu facies violentam ut effugerem dominum. Sed vicit meos conatus splendor tuus. Uicerunt oculorum radii: quibus es sole potentior. Capiebam somnum tuum: nec mei amplius compossum. Tu mibi et cibi et potus viuum abstulisti. Te dies noctesque amo: te desidero: te voco te exspecto: te cogito: in te spero: de te me oblecto. tu es anima tecum sum totus. Tu me sola seruare potes: solaque perdere. Elige horum alterum: et quid mentis habebas restringe. Nec durior erga me verbis esto quam fueras oculis: quibus me colligasti. Non peto rem grandem: ut alloquendi te copiam habeam postulo. Doc tamen volunt littere metu: ut que scribo dicere possim coram te. Hoc si das viuor et felicem viuor. sibi nego: extinguitur cor meum: quod te magis quam me amat. Ego me tibi et tue committo fidei. Vale anima: et vite subditum meum.

Et rabi gemma signatas accepit lena: festino cursu Lucretiam petit: eaque sola inuicta: hanc tibi epistolam inquit tota Cesarea nobilior et potentior curia mittit amator: utque sui te inferat magnis pretiis rogat. Erat lenocinio nateata mulier: nec id Lucretia latebat: permolesteque eulit nephanda femina: nam ad se mitti: atque in eam versa: que te ait scelestam in hac domum audacia duxit: que te demencia adire meam presentiam suscitavit. Tu nobilium edes ingredi: tu matronas tentare potentes: et violare andes legiunias facies. Vir me certine quoniam in capiteles inuolue tuo. Tu mibi des lras: tu me alloquaris: tu me recipias: Atsi plus quam me decet attenderemus quam quod tibi pertinet: es fieri bodie: ne posthac tabellas amatores ferres. Iota venefica: tuasque lras tecum deseris: immo da potius ut lacerem ignis dedas.

Arripiensq papīrum in partes diuersas scidit: et calcatam sepe
pedibus atq consputā in cinerem proiecit: ac si de te sumi sup
plicium lena deberet: igne q̄ vino dignior. Sed abi oei: ne te
vir inueniat meus: et quas tibi remisi de te poscas penas. Cane/
tq ad modū: ne ante conspectū redeas meum. Limuisset alia
mulier: sed hęc matronarū non erat mores: et intra se inq: Nūc
vis maxime q̄ te nolle ostendis. Morisq ad illam: parce inquie
domina: putauī me benefacere: tibiq placitū iri: si secus est: da
veniam imprudentiē mei: si non vis redeam: parebo: tu quem
despicias amatoriē videris. Atq bis dictis e conspectu recessit.
Eurialo aut inuento: resp̄ira inquit fgl̄r: amator: plus amat q̄
amatur: sed nūc non fuit rescribendi otium. Inueni m̄ftā Lu
creciam: at rbi te nomino: tuasq litteras dedo: bilarem vultū
fecit: milliesq papīru balsavit. nec dubita: moris responsū da/
bitur. Et abiens vetula cauit: ne amplius inueniretur: ne pro
verbis referret verbera. Lucrecia aut postq annū evasit: frag/
menta perquirens epistole/particulas quasq suo loco reponit:
et lacera verba cōteruit: iamq legibile cōrographū fecerat. Qd
post q̄ millies legit: milliesq deosculata: tandem inuolutū syn
done inter preciosa localia collocauit: et nūc hoc repetens/nune
illud verbum: matore boratim bibebat amorem: Eurialoq re/
scribere statuit: atq bunc in modū dictatam eplam misit.

E sine sperare quod assequi nō licet. Euriale. Pance. litte
ris ac nūc me verare: ne me illarum ex grege credito
q̄ se vendunt. Nō sum quā putas: nec cui submittere lenam
debeas. Quere allam incestādā: me nullus amo: nisi pudica
sequat. Cum alīs ut liber agito. Et me nūbil postules: etq; me
indignum scias. Vale.

b Ec epistola q̄uis durior Eurialo visa est: et contraria le/
ne dictis: viam tñ ostendit vitro cieroq brāa missurādū
Nec dubitauit Eurialus credere cui fidē. Lucrecia p̄p̄nisset,
sed angebat: quia sermonis Italici nescius erat: ideoq seruen/
ti studio curabat ediscere. Et quia sedulū faciebat amor: breue

tempore doctus eva sit: solusq sibi dictauit epistolas qui prius
ab alijs mutuabatur: quicquid Etrusco sermone scribi oportu
it. Respondit ergo Lucrecię: nil succensendū esse sibi q̄ insa/
mem feminā submisserit: cum id se peregrinum lateret: qui alio
uti nūcio non potuerat. Missionis amorem fuisse causam: qui
nūbil quereret inbonesti. credere se ipsam pudicā castissimāq
atq idcirco maiori dignam amo: e. Insolentem feminā bono/
risq sui prodigam nedum se nō diligere: sed maximo odio pro/
sequi. Pudicitia nāq amissa nil esse quod in feminā cōmende
tur. Formā forse delectabile bonū: sed fragile caducumq: et cui
visi pudor adh̄e nūbil precij detur. Quę pudicitię formā adiun
xit: eam diuinā esse mulierem: ipsamq vtraq dote polle nē
scire: ac pp̄terea colia se: q̄ nūbil ab ea peteret libidinosum aut
obscurum famę. Opare se tñ alloqui: ut animū suum qui scris/
ptis plene ostendi nequit: verbis aperiat: cūq bis litteris mu/
nera misit: nō solū materia: sed opere etiā preciosa. Ad hęc Lu/
crecia sic rescr̄ ip̄sit.

¶ Ep̄la Lucrecię ad Eurialum.

Ccepi l̄ras tuas: iamq nil ampli de lena queror. Q̄ me
ames nō magni facio: quia nec primus es: nec solus quę
mea forma decepserit. Multi et amant me alij: sed ut
illorum: sic et tuus erit vacuus labor. Habere verba tecum nec
possum: nec volo. Inuenire me solam nisi fias hyrudo non po
tes. Alte sunt dom: et aditus custodia clausi. Munera tua sus/
cepit: quia oblectauit me opus illoq. Sed ne quid tuum gratis
apud me sit: neque hoc pign̄ videat amoris: remitto ad te anu/
lum quem matr̄ meq vir dedit: ut apud te quasi preciū sit ven/
ditorum localiū. Nec enim minoris est precij gēna eius q̄ mu
nus tuum. Vale. His Eurialus sic replicauit.

Agno mihi gaudio fuit epistola tua: quę finem querelis
fecit de lena. Sed angit me q̄ amorem parvū pendis meū
Nam et si te plures amāt: nullorq tñ ignis cōparandus est meo
At tu hoc non credis: quia loqui tecū nequeo. Id si daretur: nō

me cōtemneres. O vtilnam possem fieri h̄yruō : sed libentius transformari in pulicem vellem: ne mibi fenestram clauderes. At ego non q̄ nequeas : sed q̄ nolis doleo. Nam quid ego nisi animū respicio. Ab mi Lucretia quid dixi te nolle. An si pos sis me nolis alloqui qui tuus sum tot? qui nibil cupio magis q̄ tibi gerere morem. quē si iubes in ignem ire: citius obediām q̄ p̄cipias. Mitte obsecro verbum hoc. Si nō datur facultas assit voluntas: neq; me verbis eneca: quē vitā mibi oculis p̄ges. Si non placet me alloquium petere: quia nō sit impetrandum: obsequar. Sed muta sententiā illam qua meum labo: em vacuū dixisti futurum. Absit hęc crudelitas. Miror esto amāti tuo. Si pergis sic loqui: homicida es. Nec dubita: factius me verbis interimes q̄ alius quivis gladio. Defino iam plura pos scere: ut redames tñ peto. Nibil hic est qđ obijcas. Nemo pos test hoc te prohibere. Dic te me amare: et beatus sum. Munuscula mea quoquis modo apud te sint: gratum est. Illa te aliquā mei admonebunt amoris. Sed parua illa fuerūt: et minora sunt quē nunc mitto. Tu tñ noli spernere quod amator donat. Maiora quē indies ex patria mibi debent afferri: cum aderūt: et me recipies. Unulus tuus nūq; ex digito meo receder: et illum vice tua crebris osculis reddam madidū. Vale delictum meū: et mihi qđ potes solamen dato. Sic cum frequenter replicatū esset: in hunc tandem modū Lucretia dedit epistolam.

Epistola Lucrecie.

Ellem tibi Euriale morem gerere: tegi ut petis amoris
mei participem facere. nam id tua nobilitas meret: et mo-
res tui depositunt: ut incassum non ames. Taceo quantū mibi
placeat forma tua: et plena benignitate facies. Sed mibi nō est
visu te ut diligam. Rosco me ipsam: si amare incipiam: nec mo-
dum nec regulam seruabo. Tu bic diu esse nō potes: nec ego te
postq; in ludum reverim possem carere. Tu me nolles abducere:
et ego nollem manere. Mouent me multarum exempla: quē
per peregrinos amantes desertę sunt: ne tuū amorem sequar.

Iason Medeam decepit: cuius aurilio vigilem interemit drav-
conem: et vellus aureū asportauit. Tradēdus erat Theseus in
escam minotauro: sed Hadriane cōsilio fretus evasit. Illam tñ
desertam apud insulā dimisit. Quid Oido infeliciter profugū
recepit Eneam! Rōne illi peregrinus amor: interitum dedit:
Scio quāti periculi sit amorem extraneū admittere: nec me tan-
tis obijcam discriminibus. Vos viri solidioris estis animi: fu-
roxemq; magis compescitis. Femina vbi furere incipit: sola po-
test morte assequi terminū. Non amant sed insanūt mulieres.
Et nisi corresponteat amor: nil est amanti feminā terribilis.
Postq; enim receptus est ignis: et samā curamus: nec vitam.
Unicum remedium est: si copia sit amantis. Nam quo magis ca-
remus: magis cupimus. Nec discriminem timemus vltum: dum
modo nostrę libidini satiſſiat. Vibi ergo nuptę nobili dixi: con-
sultum est amoris viam precludere: et tuo p̄fertim: qui non p̄t
esse diuturnū: ne uel Rodoperapbilis dicar: uel altera Sappho.
Ideo te oratum volo: ne rītra meū exposcas amorem: et tuū ut
paulacim comprimas extinguisq;. Nam id est viris q̄ feminis
multo facilius. Nec tu si me ut dicas amas: id et me querere de-
bes quod mibi exercitio est. Sic pro tuis donis remitto aureā cru-
cem margaritā ornatam: quē licet breuis sit: non tñ precio ca-
ret. Vale. Non tacuit Eurialus his acceptis: sed ut erat no-
vis scriptis incēsus: calamū suscepit: atq; sub hac forma dicta-
vit epistolam.

Epla Euriali ad Lucreciam.

Alue mi anime Lucrecia: quē me tuis l̄fis saluū facis: et
si nonnihil fellis imisceas. Sed hoc spero me audito de-
trabes. Uenit meas in manus tua ep̄la clausa: et tua gēma signa-
ta. Hāc et legi s̄pe: et deosculat̄ sum sp̄itus. Sed hęc aliud sua-
det q̄ tuus videar̄ animus fuisse. Rogas me ut amare desinā
quia nō expedit tibi peregrini hāmas amoris sequi. Et ponis
exempla deceparum. Sed hoc tam ornate colteq; scribis: ut
mirari magis et amare tuum ingenium debeam: q̄ obliuisci.

Quis ille est qui tunc amare desinat: qm prudentiorē et sapien-
tio rem animaduertit amicā. Si meū minuere volebas amo rem
nō oportuit doctrinā tuam ostēdere. nam hoc est nō incensum
extinguere: sed ignem maximū et parua conflare fauilla. Ego
dum legi magis etar si: vidēs formę tuę p̄clarę et honestati cō
iunctam esse doctrinā. Verba sunt tñ quibus rogas ut amare
desinam. Roga montes ut in planū veniant: utq̄ fontes sua re
petant flumina. Nam possem ego te non amare q̄ suum relin-
quere p̄ebus cursum. Si possunt carere nūib⁹ Schyrt⁹ mon-
tes: aut maria p̄scib⁹: et seris siluę: poterit et obliuisci Eurialus
tui. Non est proum viris ut reris Lucrecia s̄ amas extingue-
re. Nam qđ tu nostro serui ascribis: pleriqz vestro assignant.
Sed nolo hoc certamen modo ingredi. Id ea me r̄ndere opor-
tet: que in aduersum retulisti. Idcirco enim nolle te mibi corre-
spondere amanti significas: qm multas peregrinus amo dece-
pit: exēplaqz ponis. Sz possem ego quoqz plures referre: quos
fēminę reliquerūt. Troplum sicut nosti Priami filium Critis
decepit. Oeipbebū Helena prodidit. Amatores Circe suos me-
dicamentis vertebat in suis: atqz in aliarum terga ferarū. Sed
iniquū est ex paucarum consuetudine rotū vulgus censere. Hā
si sic peregrinus: et tu propter duos tres ue malos aut etiā decē
viros omnes accusabis: bō rebilqz. Et propter totidē fēminas
ceterę omnes erūt odio mibi. Quin potius alia sumam? exem-
pla. Qualis amor Anthoni Cleopatraqz fuit: et alioqz quos epi-
stolę breuitas referre nō sinit. Sed tu Ouidium legisti: inueni
stiqz post Troiam direptam Achiuoz plurimos dum remeane
peregrinis retentos amoribus: nunqz in patriā reuertisse. Ne
serunt nāqz amaticib⁹ suis: carereqz poti⁹ necessarijs: regnis:
domo: et alijs que sunt in patria cuiqz gratissima voluerunt q̄
amicas relinquare. Nec te rogo mi Lucrecia cogites: non illa
que nostro sint amori aduersa: et que pauci fecerūt. Ego ea men-
te te sequor: ut perpetuo te amem: simqz perpetuo tuus. Nec tu
me peregrinū diceris: magis nāqz ciuis sum q̄ qui bic nascit.

Eum nāqz casus facit cī: em: me ab electio. Nulla mīhi patria
erit: nisi vbi tu sis. Et q̄uis contingat ab hinc me aliquā abire:
reditus tñ festinus erit. Nec ego in Teutoniam reuertar: nīl
res meas cōpositurus: ordinatur sc̄p: ut tecum esse q̄diu pos-
sim. Facile manendi apud te reperiatur occasio. Multa bis in
partibus negocia C̄esaris sunt: hec mīhi cōmitti expedie da cui-
rabo. Nunc legatione fungar: nūc munus exercebo. Vicariū in
Etruria C̄esarem habere oportet. Hanc ego provinciā impētra-
bo. Ne dubita suauium meū: mea Lucrecia: meū cor: spes mea.
Si vivere absqz corde possum: et te relinquere possum. Age iam:
tandem miserere amātis tut: qui tanqz ad solemnēs liquescit.
Considera meos labores: et modū: iam deniqz meis martyriis
statue. Quid me tam diu crucias! Miror ego mei qui tot tor-
menta perpeti potuerim: qui tot noctes insomnes duci: qui tot
iciunia toleravi. Vide q̄z macer sum: q̄z pallidus. parua res est:
que spiritum corpori alligatum detinet. Si tibi aut parentes aut
filios occidisse: nō poteras de me maius q̄z hoc suppliciū su-
mere. Si sic me punis qui te amo: qd illi facies qui tibi dāmū
dederit aut malū. Ab mea Lucrecia: mea bera: mea salus: meū
refugium: suscipe me in gratiam. Demū rescribe me tibi carum:
esse. nībil aliud volo. Liceat mīhi dicere: Seru⁹ Lucrecię sum:
Et reges et c̄sares amāt seruos vbi fideles norunt. Nec di des-
ignantur redamare qui amant. Vale spes mea mensqz metas.
Ut turris que fracta interius in expugnabilitia videbit exterius
si admota acies fuerit mor confringit. Sic Euriali verbis Lu-
crecia victa est. Postqz enim sedulitatem amātis aperte cognouit:
et ipsa dissimulatū patefecit amorem. atqz bis l̄ris Eurialo
se aperuit.

Epistola Lucrecie.
On possum tibi amplius aduersari: nec te amplius Eu-
riale mei amoris expertem habere possum. Vicisti: ismiquz
sum tua. O me miserā: que tuas suscepī litteras. Aimū mut-
atis exponenda sum periculie: nālī me tua fides: et p̄sidentia ita-
uer. Vide ut serues que scripsisti. In amorem iam tuum venio.

Si me deseris et crudelis et proditor et omniū pessimus es. Facile est semellā decipere. Sed quanto facilius tāto turpius. Hoc res integra est. Si putas me deserendā: dico anteq̄ magis amor ardeat. Nec incipiamus quod postmodū incepisse penteat. Omnia rerum inspiciendus est finis. Ego ut seminarū est parum video. Tu vir es: te mei et tui curā habere oportet. Do me iam tibi: tuamq̄ sequor fidem. Nec tua esse incipio: nisi ut sum perpetuo tua. Itale meum prēdiū meq̄ ductor virg. post hanc plures epistolę missę vtrīnḡ sunt. Nec tam ardēter Eurialus scripsit: q̄ seruenter Lucrecia respondit. Unū iam vtrīnḡ desideriū erat simul cōueniēti. Sed arduum ac pene impossibile videbatur omniū oculis Lucreciam obseruantib⁹ que nec sola vñq̄ egrediebatur: nec vñq̄ custode carebat. Nec tam diligenter bouem Junonis Argus custodiuit: q̄ Menelaus lasserat obseruari Lucreciā. Utium hoc apud Jealos late patet: feminā suam quasi thesaurum quisq; recludit: meo iudicio minus utiliter. Sunt enim fere buiusmodi mulieres oēs: ut id potissimum cupiant quod marime denegari: que vbi velis noviunt: vbi nolis cupiunt vitro. H̄ si liberas habent habendas mānus delinquit. Etinde tam facile est inuitā custodire mulierē q̄ in seruēti sole pulicū gregem obseruasse. H̄ si suapte casta sit mulier: frustra maricus nititur apponere seruantes eā. Sed quis custodiet ipsos custodes? Causa est et ab illis incipit vix Lucreciē spurius frater: buic sepe tabellas cōmiserat Eurialo deferendas. et hunc etiam sui amoris consciū fecerat. Cum hoc igitur conueniū: Eurialum ut clam domi suscipiat. Habitabat hic prope nouercā suam Lucrecię matrem: quā Lucrecia sepe visitabat: et ab ea sepius visitabatur. nec enim magno intervallo distabant. Oido ergo is erat: ut clauso in cōclavi Eurialo: postq̄ mater ecclesiasticas auditura cérémonias exiūisset. Lucrecia superueniret tanq̄ matrem domi cōuentura: qua nō inventa redditum expectaret: interim x̄o apud Eurialum esset.

Post bidū statutus erat terminus. Et bi dies tanq̄ anni viii sunt amantib⁹ longi: ut bene sperantibus horū productę sunt: male suspirantibus correptę. Sed nō arrisit amantium desiderijs fortuna. prefensit nāq̄ infidias mater: atq; ut hic dies venit: egressa domū priuignum exclusit. Qui mor Eurialo triste nuncium tulit: cui non magis q̄ Lucrecię fuit molestum: que postq̄ detectos cognouit dolos: bac nō successit inq̄: alia aggrediemur via: nec potens erit mater meis obsistere voluptatibus. Pandanus vīro affinis erat: quem iam Lucrecia fecit achanop scium. nec enim poterat ignitus animus quiescere. Si significat igit̄ Eurialo: bunc ut alloquat: quia fidus sit: et cōueniendi viam possit monstrare. At Eurialo nō videbat tutum illi se credere: quem Menelao semp̄ barentem intuebāt: et subsesse fallaciam verebat. Inter deliberandum aut̄ iussus est Eurialus Romā petere: atq; cum pontifice marino de coronatiōe trāsigere. Quę res tum sibi: tum amicę molestissima fuit. Sed oportebat Cesaris imperium ferre. Itet ergo moxa duorum mensium fit. Lucrecia interim domi manere: fenestras claudere: mestas induere vestes: nūq̄ extire. Mirant̄ omnes: nec causam ciues noscere poterant. Quasi ipsa vidua videbāt: et tanq̄ sol defecisset: cuncti se putabant in tenebris agere. Domestici qui eam sepe incubantem lectulo: et nunq̄ letam vidabant: egritudini impudabant: et quicquid remediorū afferri poterat perquisirebant. Sed nunq̄ illa uel risie uel thalamū egredi voluit: nisi si postq̄ redire Eurialum: et illi Cesarem obuiam: isse cognouit. Tunc enim quasi e grāti somno excitata: lugubri ueste posita: et ornamentis redimita prioribus: fenestras aperuit: letabundaque illum expectauit. Quam ut Cesar vidit: Ne nega amplius inquit Euriale: detecta res est. Nemo Lucreciam te absente videre potuit: nūc quia redisti aurorā cernimus. Quis enim modus adfis amorū? Legi non potest amor: nec abscondi tuis. Jocaris mecum ut soles Cesar: et me in rīsum ducis Eurialis ait. Ego quid hoc sit nescio. Hinnitus equorum tuorum et

prolice barbę strepitus tuę illą forsitan sic excitauit: atq; sic es-
fatus: Lucretiā furtim asperit: et oculos cōiecit in oculos. eaq;
post redditum prima cōsalutatio fuit. paucis deinde interiectis
dieb; J̄esus Eurialli fidus comes: dum anxius amici cause fa-
uet: tabernā speculator est: quę post Menelai domū sita in Lu-
cretiē camerā retrosum habebat intruitū. Cauponem igitur si-
bi cōciliat: spectatoq; loco Eurialum adducit. Et bac inquit: et
fenestra alloqui Lucretiā poteris. Media inter vtrāq; domū
cloaca fuit: nec homini nec soli accessa. Trium vlnarū distatia
fenestrā Lucretiē discriminabat. Hic diu cōsedit amator: expe-
ctans si quis casus Lucretiā ostenderet. nec deceptus est. At fu-
it tandem Lucrecia. Cūq; buc atq; illuc respiceret: quid agis ait
Eurialus: vitę rectrit meę. Quo tendis lumina cor meū? Huc
buc dirige oculos presidiū meum. Tuus bic Eurialus est. Me
me assūm respice. Tu ne hic ades inquit Lucrecia omni Eurii-
ale! Jam te alloqui possum: vñinā et amplecti valerē. At istud
ait Eurialus nō magno tonatu faciam. Scalā buc admouebo:
tu obsera thalamū. Amoris nr̄i gaudium nūmū distulim. Ca-
ue mi Euriale: si me vis saluam: fenestra hic ad dexterā est: vñ
cinusq; pessimus: nec caponi credendū est: qui parua pecunia
et te et me perderet. Sed alia incede: nūs via. Sat est si hinc ser-
moni nostro patet accessus respondit Lucrecia. At mibi Euri-
alus inquit mors est hic viuo: nūssemel amplexor: meisq;
brachijs teneo mediā. Diu er hoc loco tractus est sermo: mis-
sag; huic per arundinem sunt munera. Nec Eurialus in donis
q; Lucrecia liberalior fuit.

Ensit dolum Sosias: secūq; frustra inquit amantū cona-
tibus obsto. Nisi astu puidico et berā peribit: et domus in
famia subibit. Et his malis satius est vñū auertere. Amet be-
ra: nūbil nocebit si clam fit. Ipsa p̄ amore exca est: nec qd agat
satis prospicit. Si non p̄t custodiri pudicitia: satis est rumore
tollere: ne dom? infamis fiat: neue partidū cōmittatur. Ed
sbo et operā p̄babo meam. Restiti qnoad potui: ne cōmitteret

nephas. Id quis nō licuit: meū non est curare: ut qd agitur oc-
cultum sit. Parū enim resert nō agere: et sic agere ut nemo sciā.
Cōmune malū libido est: nec homo est quem pestis hec nō agi-
tet: et ille castior habet qui cautior agit. Dumq; sic satur Lucre-
ciā egressam thalamo videt: aggressusq; feminā. Quidnam
est inquit: q; nūbil amoris mibi cōmunicas? Eurialus nūbilo/
minus tibi dilect? est: et ut clam ames: vide cui des fidem. Prū-
mus sapientiē gradus est: nō amare. Secundus: ut sic ames ne
palā fiat. Sola hec sine internūcio facere nō potes. Quāta mī-
bi apud te sit fides longo iam tpe didicisti: si quid mibi cōmī-
tere vis iube. Mibi marima cura est ne amor iste detegat: et tu
penam luas: et vir omniū oblocutiones ferat. Ad hec Lucrecia
sic est ut ait Sosia inquit: et tibi magnā habeo fidem: sed tu vi-
sus es nescio quomō negliges: et meis aduersus desiderijs nūc
quia sponte te offers: vñor obsequijs tuis: nec abs te decipi ti-
mebo. Tu scis quantū ardeo: diu ferre nō possim banc flāmā
Juua me ut simul esse possim? Eurialus amore languet et ego
mo:ioz. Atl pei? est q; obstare cupiditati nostrę. Si semel inui-
cem cōvenerim? temperatius amabim? et tectus erit amor nr̄.
Vade igit̄: Eurialoq; vñam vnicā me accedendi dicito. Si ab
hinc quatriduo dum rusticī frumentū afferunt vectoris perso-
nam induat: opertusq; sacco triticū per scalas in horreū serat.
Tu te scis thalamū meū ad scalas habere ostiū: atq; oia Euri-
alo dicio. Hic diē manebo: et dum erit temp? sola in cubili ero
Ipsa ostiū impellat dum solus sit: et ad me ingrediat̄. Sosias
q; uis arduū facinus esset: maiora tū veritus mala prouinciā
suscipit: Eurialoq; inuenio cuncta et ordine nūciat: que ille iu-
dicans levia libēter amplectit: seq; imperatis accingit: nec ali-
ud queritur q; nūmā moram. O insensatū pectus amantis.
O mentem cēcam. O animū audacem: corq; intrepidū. Quid
est tam nūmū quod tibi non paruu videatur? Quid tam ardu-
um quod planū non extimes? Quid tam clausum qd eibi non
sit apertū. Tu omne discriminē parui facis. Tu nūbil difficile

censes. Inanis est apud te omnis custodia maritorum. Nullę te
leges tenet: nulli metus: nulli pudori obnoxius es. Omnis la-
bor tibi est ludus. Libi nil obstat usqz. O rerum amor domi-
tor omnium. Tu virum primatem Cesaris acceptissimum: diuinis
affluentem: gratae matronum: imbutu litteris: prudentia clarum
eo perducie: ut posita purpura saccum induat: vultum fuso te-
gat: seruus et dñs fiat. Et qui nutritus in delichijs fuerat: iam
buneros gestandis oneribus apter: seqz publicum bailem mer-
cede locet. O rem mirandam peneqz incredibilem: Virum ali-
oquin consilio grauissimum: inter cateruas vectorum cernere: atqz
in colluie illa feceqz hominum contubernium babuisse. Quis
transformationē querat maiorem! Hoc est quod Ouidius me-
tbamorphoseon vult: dum fieri ex hominibus aut bestias scri-
bit: aut lapides: aut plantas. Hoc etiā et poetarū etimius Ma-
ro sensit: dum Cirthes amatores in terga ferarum verti canta-
uit. Nam ita est: ex amore siama sic mens hominis alienatur:
ut parum a bestijs differat. Linquens crocetum titanis auro-
ra cubile: iam diem referebat opeatum: morqz suum rebus colo-
rem apollo reddens: expectantem recreat Eurialum: qui tunc
se fortunatum beatumqz sensit: cum admixtum se vilibus servis:
nulli noscendum videt. Pergit igitur: ingressusqz Lucretiē do-
mum frumento se onerauit: positoqz in boireū triticō vittimus
descendentium fuit. Atqz ut erat perdoctus ostium maritalis
thalami quod in medio scalarum clausum videbatur impellit:
seqz intro recepit. Et reclusis foribus solam Lucretiā serico in-
tentam vidit. Atqz accedens proprius: Salve mi anime inquit.
Salve vnicum vite presidium: spesqz mea. Hunc te solam offen-
di. Nunc qd semper optauit semotis arbitris te amplectar. Aul-
lus iam paries: nulla distatia meis obstatibz osculis. Lucretia
qzvis ordinem ipsa dedisset: primo congressu stupuit: nec Eu-
rialum sed spiritum putabat se videre: ut que virum tantu ad
ea pericula iturum sibi non suadebat. Et rbi inter amplexus et

oscula suum cognouit Eurialum: Tu ne es inquiet paupercule
Tu ne hic ades Euriale. Et rubio per genas colore fuso: com-
plerat artius hominem: et media fronte conspicatur. Morqz re-
petens sermonē: Heu quāto ait te discriminī subiecisti. Quid
amplius dicam! Jam me tibi charissimā scio. Jam tui amoris
feci periculum. Sed neqz tu me aliam inuenies. Oij tamen fa-
ta secundent: et amori nostro prosperum eventū dente. Quid spi-
ritus hos reget artus: prēter te nemo Lucretiē potes erit. Nec
maritus quidem: si maritum rite appello: qui mibi inuite da-
tus est: et in quem animus nunqz cōsensit meus. Sed age mea
voluptas: meum deliciū: abijce saccum bunc: teqz mibi ut es
ostende. Ecce vectoris speciem. Nos funes missos face. Eurí-
alum me videre cōcedito. Jam ille depositis so:dibus ostro ful-
gebat et auro: et amoris in officium pronus ibat. Cum Sofias
ante ostium pulsitans: Cawete inquit amantes: nescio quid re-
rum querens Menelaus buc festinat. Legite furtu vestra: do-
lusc virum fallite. Nibil est qz egredi putatis. Cum Lucretia
latibulum inquit paruum sub strato est: illic preciosę res sunt.
Ecce tibi quid scriperim. Si te mecum existente vir aduentaret:
ingredere buc Tulus his tenebris eris. Neqz te moueris:
neqz screatum dederis. Anceps quid agat Eurialus: mulieris
imperium subit. Illa soribus patefactis ad sericū redit. Cum
Menelaus et vna Bertus assunt: ciro grapha nonnulla ad rem
publicam pertinētia quæsuntur. Que postqz nullis sunt inuen-
ta scrinijs: In latibulo nostro inquit Menelaus forsitan erit.
Et Lucretia: lumenqz affer: huc intus querendū est. His exter-
ritus Eurialus vocibus: extanguis fit: iamqz odisse Lucretiam
incepit: atqz inter se: Heu me fatuum inquit. Quis me buc ve-
nire compulit: nisi leuitas mea! Nunc deprebensus sum: nunc
infamis fio: nunc Cesaris gratiam perdo. Quid gratiam!
Uinam vita mihi superfit. Quis me hinc viuum eripiet?
Emori certum est. O me vanum et stultorum omnium ful-
tissimum. In banc sententiam volens cecidi. Quid haec

amoris gaudia: si tanti emuntur. Brevis illa volupas est: do-
lores longissimi. Q si nos hoc pio regno celorum subiremus. Mi-
ra est hominum inscrutia: labores breves nolumus p longissimis
tolerare gaudijs: amoris cā cuius letitia sumo coparari pot: in
finitis nos oblectamus angustijs. Ecce me ipsum. Jam ego er-
emplum: iam fabula oīus ero: nec quis exitus patet scio. Hinc
si me deorum quispam traxerit: nūc me rursus amor illaqueas-
bit. O deus eripe me bine. Parce iuuentuti meq. Noli meas me-
tiri ignoratijs. Reserua me ut horū delictorum penitentiā agam.
Non me amavit Lucrecia: sed quasi ceruū in cassis voluit de-
prehendere. Ecce venit dies meus. Audierā ego sepe mulierū
fallaciae: nec declinare sciui. Et si nūc euaserō: nulla me vñqm
mulier lingua deluder. Sed nec Lucrecia minoribns vigebat
molestijs: quē non solū sui: sed amantis quoq saluti timebat.
Et ut est in periculis subitanis: mulierū qz viroq promptius
ingenium: ex cogitato remedio: Age inquit mi vir: cistella illic
sup fenestra est vbi te memini monumenta nōnulla recōdiffe-
rideremus an illic cirographa sint inclusa: subitoqz decurrentia
tanqz vellet aperire cistellā: lantenter illā deorsum impulit: et
quasi casu cecidisset: Proh mi vir ait: adesto ne quid damni sen-
tiamus: cistella ex fenestra decidit: pge oīus: ne iocalia uel scri-
pturē dispereant. Ite ambo: qd statis. Ego bine ne quis furtū
faciat oculis obseruabo. Vide audaciā mulieris. nūc et feminis
credito. Nemo tam oculat: est ut falli nō possit. Is dūtarat nō
fuit illusus quem coniunct fallere nō tentauit. Plus fortuna qz
ingenio sumus felices. Motus hoc facto Venelaus Bertusq
tua repente in ricolum se precipitant. Domus Etrusco more
altior fuit: multiq gradus descendendi erant. Hinc datum
est Eurialo spaciū mutandi locum: qui ex monitu Luce-
cie in nouas latebras se recepit. Illi collectis iocalibus atq
scripturis: quia cirographa quibus opus erat non repererant
ad scrinia iurta quē latuerat Eurialus transeunt: ibi qz ro-
ti sui compotes facti: consalutata Lucrecia: recesserunt.

Illa obducto soribus pessulo: exi mi Euriale: exi mi anime in-
quit. Ueni gaudiorum summa meorum. Ueni fons delectationū
mearum: scaturigo letitiae: fauū mellis. Ueni dulcedo incōpara-
bilis mea. Jam tuta sunt omnia. Jam nostris sermonibz liber
campus patet. Jam locus est ampleribz tutus. Aduersari oscu-
lis nostris fortuna volvit: sed aspiciūt dij nostrū amorem: nec
tam fidos amantes deserere voluerunt. Ueni iam meas in ri-
nas. nibil est quod amplius rereare: meum liliū: rosarumqz cu-
mulus. Quid stas? Quid times? Tu sic sum Lucrecia: quid
cunctaris Lucreciā amplexari? Eurialus vir tandem formi-
dine posita sese recepit: cōpletusqz mulierem: nunqz me inquit
tantus inuasit timor. Sed digna tu es cui? causa talia toleren-
tur: nec isthēc oscula et tam dulces amplexus obuenire cuiquam
gratis debent. Nec ego ut verum fatear: satis emi tantū bonū.
Si post mortem rursus vivere possem teqz perfri: emori millis-
es rellem: si hoc precio tui possent amplexus coemī. O mea fe-
licitas. O mea beatitudo. Uisum video: an ita est: teneo te: an
sommis illudorū vanis? Tu certe sic es. Ego te habeo. Erat Lu-
crecia leui vestita palla: quē mēbris absqz ruga h̄erebat: nec uel
pectus uel clunes mentiebatur. Ut erat artus sic se ostentabat
Gule candor nivalis. Oculoqz lumen tanqz solis iubar. Intu-
itus letus facies alacris. genē veluti lilia purpureis mixta ro-
sis: risus in ore suauis atqz modestus. pectus amplum. papillæ
quasi duo punica poma ex vtroqz latere tumecebāt: pruritiqz
pahitantes mouebant. Nō potuit Eurialus ultra stimulū co-
hibere: sed oblitus timoris: modestiam quoqz ab se repulit: ag/
gressusqz feminā: Jam inquit fructū sumamus amoris: remqz
verbis iungebat. Obstabat mulier: curāqz sibi honestatis et fa-
mę fore dicebat: nec aliud eius amorem qz verba et oscula posce-
re. Ad quē subridens Eurialus: aut scitū est inquit me hic ve-
niſſe: aut nescitum. Si scitū: nemo est qui non cetera suspicet.
Et stultum est infamia sine re subire. Si nescitum: et hoc quoqz
scit nullus. Doc pignus amoris est: Emorior prius qz caream.

Ab scelus est inquit Lucretia. Scelus ē resert Eurialus bonis
non vti cum possis. Et ego occasione mibi cōcessam: tum quesi
tani: tum optata amitt̄ rem: acceptaq; mulieris ueste pugna/
tem feminā que vincere nolebat abfq; negotio vicit. Nec vene/
ris satietatē ut cognita Hamoni Thamar peperit: sed maiore
fūtim ercitauit amoris. Memor tandem criminis Eurial? postq;
vini cibiq; paulisper haust: repugnante Lucretia recessit. Nec
siniſtre quīpiā suspicat? est: quia vnius ex baiulis putabat.
Admirabat se ipsum Eurialus dum viā pergeret: secundq; oſi
nūc inquit obuiam mibi se daret Cesar: meq; agnosceret: quā
illi habitus hic suspicione faceret: q̄z me rideret. Fabula omni/
bus effem: et illi iocus. Nunq; me missum faceret: donec sciret
omnia. Dicendū effet qd sibi hęc rustica uestis vellet. Sed fin/
gerem. Nō banc sed aliam me dicerem adiisse matronā. Nam
et ipse banc amat. Nec et vñi est meum sibi amore patere. Lucre
ciā nunq; proderem: que me suscepit seruavitq;. Quid sic lo/
quitur: Aſum: Aſtate: Polimiūq; cernit: eosq; preit. Nec pri/
us ab his cognit? est q̄z domi fuit: vbi positiſ ſaccis pretextaq;
ſumpea rerum pandit euentū. Qunq; quis tūnor: quod gaudi
um intercessit memoriter narrat: nūc timenti ſimilis: nūc exul
tanti fit. Inter timendum aut: heu me ſtultum inquit: feminę
meum cōmisi caput. Non ſic me pater admonuit: dum me nul/
lius feminę fidē ſequi debere dicebat. Ille feminā animal eſſe
dicebat: indomitū: infidum: mutabile: crudele: mille paſſioni/
bus deditum. Ego paternę inemor discipline vitam meā muli/
erulę tradidi. Quid ſi me frumento oneratū aliquis agnouis/
ſet: quod dedecus: quęnam infamia mibi et meis posteris eue/
nisset. Alienū me cefar feciſſet: tanq; leuem et inſanum potuif/
ſet me contemnere. Quid ſi me vir dum ſcrinia versat latentē
inu: niſſet. Seua ē let iulia mechis. Exigit tñ doloz mariti ma/
iores penas q̄z let iulia concesſerit. Necat hic ferro: necat ille
cruentis verberibus: quodſ ī mechis et mugulis necat. Sed pu/
temus virum pepercisse vitę meę: nōne me in vincula conieciſſi

ſet: aut infamem Cesarī tradidifſet. Dicamus et illius me ma/
nus effugere potuisse: quia inermis erat: mīhiq; fidus enī ſe
rebat lateri. Et vir comit? erat: et arma et pariete pendebant
captu facilia. In domo longus famulorū ordo. Clamores mor/
tuinaluiffent: et oſta fuiffent clausa. Tum de me ſuppliciū ſum
peum fuifſet. Deu dementem me. Nulla me prudēcia liberauit
hoc discriminē: ſed caſus tñ. Quid caſus? inno et prompū in/
genium Lucretię. O fidam feminā. O amatricem prudentem.
O insignem et nobilissimū amorem. Cur me tibi non credam?
Cur tuam nō ſequar fidem! Mille mibi ſi affine ceruices: oēs
tibi cōmictam. Tu fidelis es: tu cauta: tu prudens: ſcis amare:
et amantem tueri. Quis tam cito excoſitare potuifſet viā: qua/
me querentes auerteret: ut tu ipſa cogitaſti. Tu mibi hanc vi/
tam ſeruasti: eandem tibi deuoueo. Non meū ſed tuum eſt qđ
ſpiro. Nō erit mibi durū perdere propter te: quod per te teneo
Tu vitę meę ius habes: tu necis imperiū. O candidū pectus.
O dulcem lingua. O ſuaues oculos. O ingeniū velox. O mem/
bra marmorea: ſucciq; plena: qñ ego vos reuifam: qñ iterū co/
rallina labia mordebo! qñ tremulam lingua ori meo ūmurmu/
rantem denuo ſentiam: papillas ne vñq; illas retractabof pa/
rum eſt Aſtates quod in bac muliere vidisti. Quo propior eſt
feminā: eo formolior eſt. Utinā vna meū fuifſet. Nō tam Can/
dialis regis Libyę formosa vix fuit q̄z iſta eſt. Nō mīroq; illiū
voluiffe nudam cōiungem ſocio demonstrare: ut plenius ſume/
ret gaudium. Ego quoq; itidem facerem: ſi facultas eſſet: Lu/
cretiam tibi nudā oſtenderem. Aliter aut: nec tibi effari quan/
ta ſie eius pulchritudo poſſim: nec tu q̄z ſolidum q̄z plenum
meum fuerit gaudiū poſtes conſiderare. Sed cōgaude tu mibi
quia maior fuit voluptas mea q̄z verbis queat exponi. Sic Eu/
rialus cum Aſtate. Nec pauciora ſecū Lucretia dicebat. Eius
tñ tanto minor letitia fuit: quo taciturnior. Alijs fidem nō ba/
uit: ut rem poſſet referre. Sozię nō audebat p̄q; verecundia to/
tum narrare.

p Acorū interea pānonius eques domo nobilis qui Cey
sarem sequebatur: ardere Lucretiā cepit. Et quia formo
sus erat: redamari putabat: solāq; feminē pudicitā obstatre si
bi rebatur. Illa sicut mos est nostris dominabut: omnes vultu
blando intuebatur. H̄s est siue deceptio potius: ne ver? amor
palā fiat. Insanit pacorus: nec consolari pōt: ni Lucretiē men
tem persentiat. Solent matronē Senenses ad primū lapidem
facellum diuq; Marie quod in Bethlehem nūcupant sepius visu
tare. Huc Lucretia duabus comitata virginib⁹ t anu quadā
proficisciēbatur. Sequitur pacorus: violamq; in manu gestans
deauratis folijs: in cuius collo epistolā amatoriam subtilib⁹
inscriptā membranis absconderat. Nec mirere. Tradidit enīz
Cicero Iliadem orationē ita subtiliter scriptā sibi ostensam fu
isse: ut testa nucis clauderet. Offerat violam Lucretiē: seqz cō/
mendar pacorus. Respuuit donū Lucretia. Instat pānonius
magnis p̄cibus. Tum anus: recipe inquit bera donatū floz̄.
quid times vbi nullū periculum! parua res est qua potes bunc
militem placare. Secuta est Lucretia anilem suasionē: violaq;
suscepit: parumq; ultra progressa: violam alteri ex virginib⁹
tradidit. Nec diu post obviā facti sunt duo studentes: qui vir/
gunculam ut sibi floz̄ traderet nō magno negocio induxerū.
Hperiq; violē stipe: carmen amatoriu inuenierunt. Solebat
hoc hominū gen⁹ pergratū esse nostris matronis. Sed postq;
Cesaris curia Senas venit: irrideri: despici: t haberi odio cepie
quia plus armorū strepitū q̄ litterarū leporū nostras feminas
oblectabat. Dinc grandis liuoz t simultas ingens erat: quippe/
bantq; togē vias omnes quibus nocerent sagis. Ut ergo inde
dolus patuit: ad Menelai moritur: epistolāq; ut legat rogat.
Ille mestus domū pergit: vrorem increpat: domūq; clamorib⁹
implet. Negat se ream vrox: remq; gestam exponit: t anus ad/
ducit testimoniu. Itur ad Cesarē: fit querela. Uocat pacorū.
Is crimen fatetur: petensq; reniā: nunq; se postbac Lucretiā
veraturū iureturando confirmat: sciens tñ Jouem non irasci:

sed arridere periurijs amantū. Sterilem hāmā ut magis pro/
bibitus erat eo diligenter sequebar. Venit biems: quē erclu/
sis alijs ventis solum bozam admittebat. Cadūt e cōlo niues.
Soluitur in ludum ciuitas. Jactat matronē in vicos: iuuenes
in fenestras niuem. Hinc nactus occasionem pacorus: episto/
lam alterā c̄ra includit: c̄eramq; niue cingit: factaq; pila in fe/
nestram Lucretiē facit. Quis non omnia regi fortuna dicat?
Quis non fauorabilem eius cupiat t latum fati. Plus enim va/
let bera benigni: q̄ si de Veneris cōmendet epistola marti. Di/
cunt quidam nīl esse quod in sapiente queat fortuna. Hoc ego
bis sapientibus cōcedo qui sola virtute gaudent: qui t paupe/
res: t egroti: t in rbauro p̄balaris clausi: vitam se credūt pos/
siderē bearant: quem nullū adhuc uel vidi: uel fuisse putarim.
Cōmuniſ. hominū vita fauoribus fortunę indiget. Hec quos
vult eleuat: t quos vult deprimit. Quis pacorum perdidit: nū/
si fortuna? Nonne prudentis cōsiliū fuit in nodis violē clausisse
tabellas: t nūc bñficio niuis ep̄lam transmisisse? Dicet alijs fi/
eri cauti⁹ potuisse. Q̄ si hoc p̄siliū fortuna iuisset: t cauti⁹ hic
t prudentissim⁹ iudicatus fuisse. Sed obstas satū: piā er Lu/
cretiē manib⁹ laplam apud ignem duxit: vbi mutis calore ni/
uib⁹: liquefactaq; c̄ra tabellas manifestavit: quas tum retu/
lē quē se calesfaciebant: tum Menelaus qui aderat perlegerunt:
nouasq; lices excitarunt: quas pacorus nō excusatione: sed fui/
ga vitauit. Hic amor et v̄su venit Eurialo. Nam dum vir in/
gressus t actus pacori specula: insidijs Euriali locum facit.
Uerūq; est quod dici solet: nō facile custodiri quod a pluribus
impugnatur. Expectabant amantes post primū concubitum se
cundas nuptias. Uiculus inter ḡdes Lucretiē atq; vicini per/
arcus erat: per quem pedibus in vtrūq; parietem porrectis: in
fenestram Lucretiē haud difficultis p̄gbebat ascensus. Sed huc
ascendere solū noctu licebat. Menelao petendū rus erat: ibiq;
pernoctandum: qui dies ab amantibus tanq; saturnaliorū ex/
pectabat. Fit recessus. Mutatis Eurialus vestibus in viculū

se recepit. Stabulum illuc Menelaus habebat: quod Eurialus docente Sosia ingressus est: ibi⁹ noctem manens sub feno latebat. Cum ecce Oromo qui erat Menelai secundus famulus: equis prepositus: impleturus p̄sepia: senum et Euriali latere suscipit: eratq; amplius suscepiturus: ac Eurialū furca percussus: nisi Sosias obuiasset. Qui ut discriminē agnouit: da mibi banc operam ait frater bone. Ego pabulum equis p̄bebo. Tu interea loci vide an nobis cena instructa sit. Gaudendum est dum berus abest. Melius est nobis cum domina: q̄ cum illo. Hęc locunda est i per liberalis. Ille iracundus: clamorosus: austus: difficilis. Numq; nobis bene est: dum ille adest. Uides ne rentes nostros q̄ iniquo castigat medio: qui semper esurit ut nos fame cruciet. Nec linit muscida frustra ceraulei panis consu mi: sed besternū munical seruat in mensam: vniuersaq; cęnę filios et anguillas salsa in alteram differt: i numerata fila secti ni porti: ne quid tangam? signata recludit. Miser qui per bę tormenta querit diuitias. Nam quid stultius q̄ viuere pauperem: ut locuples moriaris. Quanto melius bera que non contenta vitulis nō pascere et teneris będis: gallinas quoq; turdosq; ministrat: et vini copiam melioris. Oromo cura ut q̄ vincta popina sit. Ita inquit Oromo cure habeo: et mensam potius q̄ equos fricabo. Verum ego bodie in rū deduri: q̄ sibi male succedat. Numq; mibi verbum dicit: nisi vesperi cum me remulit et equos renuciariq; dominę iussit: non se redetur bac nocte. Laudo te Sosia: qui tandem odisse cepisti dñi mores. Ego iam mucassem dñm: nisi me domina matutinis retinuisse offellis. Ribil dormiendū est bac nocte. Bibam? roremusq; donec veniat dies. Non tantū per mensem lucrabitur berus: quantum nos vna cena cōsumemus. Audiebat hęc Eurialus libens: tametli mores servorum notabat: et idem sibi fieri non dubitaret. Et cum Oromo abiisset: surgens Eurialus: O q̄ inquietat noctem Sosia tuo beneficio sum habiturus: qui me buc duxi: et ne patesierem probe curasti. Vir bonus es: meritoq; te

amo: nec tibi non gratus inueniar. Aderat hora p̄scripta legitur Eurialus: q̄ quis duobus perfunctis discriminibus murū ascendit. Ad apertā fenestrā subintrat: Lucreiam iurta folium sedente paratisq; obsequijs expectantem reperit. Illa ut amonē agnouit: assurgens mediū complera est. Fiunt blanditiq; Dantur oscula. Tetur in renerem tensis velis: fessamq; nauigio cytharam nunc ceras reficit: nūc bacchus. Deu q̄ breves volupates sunt: q̄ longe sollicitudines. Ut horam Eurialus letam habuerat: cum ecce Sosiam qui redditum Menelai nunciat gaudiūq; perturbat. Linet Eurialus: fugere studet. Lucrecia mentis absconditis obuiam viro pergit: reversumq; salutat. Et o mi vir inquit: q̄ bene redisti. Nam ego te iam villicū rusticatum rebar. Quid tu tñ ruri tam din! Caue ne quid olfaciam. Cur nō domi maneat? Quid me cōtristari tua absentia studeas? Semper dum abes timeo tibi. Tu ne quam ardeas formido: ut sive infidi viroribus suis viri. Quo metu si vis me solvere: nunq; foris dormias. Nec enim sine te nor est mibi villa iocunda. Sed cena hic iam: post cubatum ibimus. Erant tum in aula vbi familia prandere solet: ibi⁹ virum detinere Lucrecia nitiebatur: donec Eurialus abeundi spacium suscepisset: cui necessaria est morula quedam. Menelaus aut̄ fōcēnatus erat: seq̄ in thalamū recipere festinabat. Cum Lucrecia parum meamas inquit: cur non potius domi apud me cēnasti. Ego quia tu aberas: nec comedи bodie nec bibi quicq;. Generunt tñ vili et Rosalia nescio quid vini portantes: optimū esse cerebat Trebeianum. Ego p̄tusticia nihil gustavi. Hanc q̄m ades: eamus si placet in cellarum introsum: gustemusq; vinum: si ut illi dicunt tam suauissimum sit. Hisq; dictio: laternam detersa: vīrum sinistra manu recepit: et in insunū penu descendit: tamq; dia nunc bunc: nunc illum cadum terebravit: ac cum viro potisauit: donec Eurialū p̄tauit abisse: ac ita demū ad ingratos bimeneos cum viro transiuit. Eurialus in tempesta nocte domum repetit.

Sequenti luce: siue q̄ sic expediebat camere: siue suspicio mala
fuit: fenestram Menelaus obstruit. Credo ut sunt cōcives no-
strī in conjecturis acuti: suspicionūq; pleni: timuisse Menelaū
loci cōmoditatē: utq; parum fidebat r̄tōri occasionem deme-
re voluisse. Nam et si nihil conscius erat illi: veratam tñ fēmī-
nam: multisq; dietim tentatam precibus nō ignorabat. Et ani-
mum cognoscet mulieris instabilem: cuius tot sunt voluntā-
tes quot in arborib; folia. Serus enim fēmīneus nouitatis est
suidus: raroq; virum amat cuius copiam babet. Sequebat er-
go viam maritorum promulgatā: quorum opinio est: infortuni-
um bonis excludi custodijs. Erepta est huic cōueniēndi facul-
tas. Nec mittendis litteris permitta libertas est. Nam r̄ capo-
nem qui post eōdes Lucrecię vinariam tabernā condūteret: et
qua solebat Eurialus affari Lucreciā: ac litteras per arundi-
nem mittere: sicuti Menelaus suavit: magistratus erupit. Re-
stabat solus oculog; intuitus: nutuq; tñ se consultabant aman-
tes. Nec istac amoris extrema linea cōmode perfrui poterant.
Erat in ḡes dolor: vt erg; cruciat? morti simili: quia nec amo-
ris poterant obliuisci: nec in eo perseverare. Qum sic anxius
Eurialus quid consiliū capiat meditāt: venit in mentē Lucre-
cię monitum: quod de Pandalo scriperat Menelai sobrino: pe-
ritosq; medicos īmātūs quibus mos est in periculis egriū
dīnibus anceps adhibere medicamentū: r̄ ultima potius expes-
sirī: q̄ sine cura morbum relinquere. Aggredi Pandalum sta-
tuit: remediuq; suscipere quod ante refutarat. Huic igit̄ accer-
sito r̄ in penitiorē partē domus vocato: Sede inquit amice-
rem grandem tibi dicturus sum indigentē bis quas in te scio
scias: diligentia: fide: r̄ taciturnitate. Uo: ui iam duduī bēc tibi
dicisse: sed nō eras mihi adhuc plene cognitus. Nūc r̄ te nosco
r̄ quia probatē fidei es amo r̄ obseruo: Q̄ si aliud de te non sci-
rem: satis est quia omnes tui concives te laudāt: cum conites
mei: quibus cum amicitia conflauisti: r̄ qui sis: r̄ quāti penden-
dus me certum fecere. Et quib; te cupere meam benivolētiā

didici. Cuīus iam te facio participem: quia non minus illa es
dignus qm ego sum tua. Aunc quid relim: quoniam inter ami-
cos res agitur pāncis exponam. Tu scis mortale genus qm in
amorem sit pronū. Seu r̄tutis est seu vitiū late patet ista cala-
mitas. Nec cor est si modo carneū est: quod amoris non aliquā
sentiae stūulos. Scis quia nec sanctissimū Dāvid: nec sapien-
tissimū Salomonem: nec Sampsonem fortissimū ista passio di-
misit imunē. Incensi p̄tētra pectoris r̄ amoris improbi ea na-
tura est: ut si quis prohibetur magis ardeat. Nulla re magis
ista curatur pestis qm dilecti copia. Fuerunt plures tum viri:
tum mulieres tam nostra q̄ majorum nostrorū memoria: quib;
inbibitio durissimē necis fuit occasio. Contra h̄o plures noui-
mūs: qui post concubitū r̄ amplexus passim concessiō mor fu-
rere desinerent. Rabil consilium est postq; amor ossibus besit
qm furorū cōdere. Nam qui aduersus tempestatem nūcitur: sepe
naufragiū facit. Et qui obtemperat procelle superat. Hęc ideo
dixi: quia te scire amorem meum volo: r̄ quid mei causa sis fa-
cīrus. Libi quod emolumentū h̄is sit oriturum: non tacebo:
quia iam mei cordis alteram te reputo partem. Ego Lucreciā
diligo: neq; hoc mi pāndale mea culpa est factum: sed regente
fortuna: in cuius manu est quem colimus orbis. Mibi nō erat
noti mores vestri: nec bui: vībis & vītūdīnes noram. Putabā
ego fēminas vestras quod oculis monstrant in corde sentire.
Hinc deceptus sum. Credidi nāc: amatum me Lucrecię fore:
dum me lūmīnibus intuebatur placidis cōpīcīs contra diligere
Nec tam elegantem dominā dignam putauī: cui rīces nō redi-
derentur amoris. Non dum te noram nel tuū genua. Amavi pu-
tans amari. Quis enī tam fatuus est aut ferreus: qui nō amet
amatus. Sed postqm frāndes noui: meq; dolis irretitū: ne me-
us sterilis esset amor: nūs sum omnibus artibus illam incen-
dere: ut par pari referretur. Ardere nāc: nihilq; vīre: tum ru-
bor erat: tum ancietas anīni: que me die noctuq; mirū in mo-

dum cruciabat: ac adeo introitus ut egredi nullo pacto valeret
Factum est igit̄: ut me continuante par sit amo: ambo: illa
incensa est: ego ardeo. Ambo perimus: nisi tu sis adiumento.
Vir custodit: frater. Non tam vellus aureum peruigil draco
seruabat. Hec aditū horti Cerberus: q̄ ista diligenter recludi-
tur. Non ego familiam vestrā scio quia nobiles es̄tis inter pri-
mores viris: diuites: potentes: amati. Utinā nūc no uissem
banc feminā. Sed quis est qui possit resistere satis? Non elegi
banc: sed calus dedit amandā. Sic se res habet. Lectus adhuc
amo: est. Sed nisi bene regatur: magnum aliquid: quod super i-
suertant/malum pariet: possem ego forsitan me compescere: si
binc abirem. Quod q̄q̄ esset mībi grauiſum: facerem tamen
vestrē familię gratia: si hoc putarem et v̄l. Rosco illius furo-
rem: Aut me sequeret: aut manere coacta manus sibi consiceret
quod esset dedecus perpetuū vestrē domus. Quod igit̄ te vo-
lebam: tec̄ vocau: nostri causa est: ut obueniemus bis malis.
Hec alia via est: nisi ut amoris nostri aurigam te p̄gebas: cu-
resq; ut bene dissimulatus ignis non fiat apertus. Ego me ti-
bi cōmendo: do: deuoueo. Obsequere nostro furoxi: ne dum op-
pugnatur magis incenda. Cura ut simul cōuenire possumus:
quo facto: mor humiliabit̄ ardor: tolerabiliorq; reddetur. Tu
te scis aditus domus. Scis quando vir abest. Scis quando va-
leas introducere. Frater viri aduertendus est: qui ē ad has res
nimil perspicat: Lucreciāq; tanq; locū germani teneat. ma-
gna cura custodit. Inuerſaq; Lucreciā verba: auerſas cervices
gemitus: screatus: tuſſum: risus attente considerat. Hūc elude,
re sententia est: nec sine te fieri potest. His ergo et quando ab-
futurus sit vir me instrue: remanentēq; fratrem diuerte: ne cui
ſtos affixus Lucreciā sit: neue custodes adhibe: at alios. Tibi
credite: et quod dij facint banc fortasse prouincia tibi cōmittet:
quam si suscepis: et me iuuoris ut spero: iuuanda res est: poti-
ris enim me clam dum c̄teri dormient intromittere et amo: rem

linire furentem. Et his quot emergant utilitates arbitror: te p-
tua pridentia palam cernere. Seruabis nāc in primis hono-
rem domus: amore regēs: qui nō posset absq; vestra infamia
manifestari. Sobrinam tuā in vita tenebis. Menelao vrorem
custodies: cui nō tam obest vna nor mībi cōcessa nescijs omni-
bus: q̄ si sciente populo illam perdiderit me sequentē. Flupta
Senatori Romano secura est Ippia ludum Epbaron et Alum-
famosaq; mentia Lagi. Quid si me domi nobilem atq; potenter
Lucrecia sequi statuat: quod dedecus vestri generis: quis po-
puli risus: quē nedum vestra: sed totius ciuitatis infamia. Di-
ceret forsitan aliquis: absuenda potius ferro: aut extinguen-
da venenis ē mulier: q̄ id agat. Sed ve illi qui se humano san-
guine polluit: et matoni scelere vindicat minus. Non augenda
sunt mala: sed minnenda. Nos hoc scim⁹ et duobus bonis me-
lius eligendum: aut ex malo et bono quod sit bonū: sed ex ma-
lis duobus qd̄ minus obfit. Omnis via periculi plena est. Sed
hęc quam monstro minus habet discriminis: per quā nedum
tuo sanguini cōſule: sed etiā mībi proderis: qui pene insanio:
dum mei causa Lucreciā video cruciari: cui potius odio esse
vellem q̄ te rogare. Sed hic sumus: eo deducta res est: ut nisi
tuis artibus: tua cura: ingenio: atq; sollicitudine nauis regat:
nulla salutis sp̄s maneat. Juua igit̄ t̄ illam et me: tuāq; do-
mum absq; nota cōſerua. Hec me putes ingratum. Scis apud
Cesarem quanti sim: quicquid petieris impetratū tibi efficiam
Et hoc ante omnia polliceo: doq; fidem: palatinū te comitem
futurum: omnēq; tuam posteritatem hoc titulo gauifurā. Ego
tibi Lucreciā: meq; et nostrū amore: et famā nostrā: et tui ge-
neris decus cōmitto: tueq; mando fidei. Tu arbiter es: omnia
hęc in te sita sunt. Vide qd̄ agas: et seruare potes ista et pdere.
Ubrisit his auditis Pandalus: factaq; morula: Noram
hęc Euriale dicie: et utinā non accidissent. Sed eum in
locū sicut abs te dictū est res redijt: ut necesse sit me quod iu-
bes efficere: nisi et nostrū genus affici contumelijs: et scandalū

ingens cupiam exoriri. Ardet mulier sicut dicti: et impotens sui est. Ati occurre ferro se fodet: aut ex fenestris se dabit precipitem. Nec vita iam sibi nec honoris est cura. Ipsa mibi suum ardorem paterfecit. Restiti: increpauit: lenire si amata studui. Nihil per feci. Omnia propter te paruis facit. Nihil sine te curat. Tu illi in mente semper sedes. Te petit: te desiderat: te solum cogitat. Sepe me vocans: audi preceps Euriale dixit. Sic mulier ex amore mutata est: ut iam non eadem videatur. Deu pietas: deu dolor. Nulla prius in urbe tota uel castior uel prudenter Lucrecia fuisse. Mira res: si tantu iuris natura dedit amor in mentes humanas. Medendum est huic eruditini. Hec alia cura est: nisi quā tu monstrasti. Accingam me huic operi: tecum dum tempus erit cōmonefaciam. Hec et te gratiam quero: quia non est officium boni viri: cum sis nibil premeremus: gratiam poscere. Ego ut vitam insaniā nostrā iminentem familię: boe ago: nec sum pretniandus. Et enim Eurialus inquit: ego uel sic tibi gratia habeo: et creari te comitem ut dictū est faciam: modo tu dignitatem istam non spernas. Non sperno inquit Pandalus: sed ne binc perfecta sit volo. Si ventura est: libere veniat. Nihil ego cōditionale facio. Si potuisset hoc te uesciē fieri mea ut opera apud Lucreciam essem: libentius id egisset. Vale. Et tu vale retulit Eurialus. Postquam animū reddidisti: fac: finge: inueni: effice: ut simul simus. Laudabis inquit Pandalus: letusque abiit: quod tāti riri gratia inuenisset: nam quod se iam comitē esse sperabat. Cui? dignitatis tanto erat auditor: quāto se minus cupere demonstrabat. Sunt enim hoīes quidam ut malieres: quae cum mari me nolle dicunt: tum maxime volunt. Hic lenocinij mercede sortitus est comiteatus: et aureā bullā sue nobilitatis posteritas demonstrabit. In nobilitate multi sunt gradus mi Mariane: et sane si cuiuslibet originem queras: sicut mihi sententia fert: aut nullas nobilitates iuuenies: aut admodum paucas: quae sceleratum non habuerint ortū. Cum enim bos dici nobiles videam: qui diuitiis abundant: diuitiis vero rurutios sunt comites: quis

non videt oītum esse nobilitatis degenerem? Hunc usurp datur: illum spolia: prodiciones alium. Hic beneficijs dirat: est: ille adulteriis lucrum peribent: nonnullis mendacia prosum. Quidam faciunt ex coniuge questum: quidam ex natis. Plerosque homicidia iuuant. Karus est qui iuste diuitias cōgreget. Nemo fascem amplius facit: nisi qui omnes metit herbas. Congregant homines diuitias multas: nec unde veniant: sed quā multe veniant querunt. Omnibus hic versus placet. Unde babeas querit nemo: sed oportet habere. Postquam vero pleina est archa: tum nobilitas possit: que sic quiescit: nil est aliud quam premium iniquitatis. Maiores mei nobiles habiti sunt. Sed nolo mibi blandiri: non puto meliores fuisse propinquos meos alijs: quos sola excusat antiquitas: quia non sunt in memoria eorum virtus. Dea sententia nemo est nobilis: nisi virtutis amator. Non miror aureas vestes: equos: canes: ordinem famulorum: lautas mētas: marmoreas edes: villas: predias: piscinas: viridaria: silvas. Nam et bec omnia stultus assequi potest. quem si quis nobilem dicerit: ipse fiet stultus. Pandalus noster leno cōcio nobilitatus est.

On multis post diebus ruri inter Menelai rusticos rūratum est: et occisi nonnulli: qui plū equo biberat. Opusque fuit ad res componendas Menelaum pfectissim. Cum Lucrecia mihi vir inquit: granis es homo debilisque: equi tui grauter incedunt: quare gradatū aliquē recipere comodatum. Cūque ille per concaretur vbinam esset aliquis: Optimū inquit Pandalus nisi fallor. Eurialus habet: et tibi libens concedet: si me vis pertere. Pete inquit Menelaus. Rogatus Eurialus: mox equum iussit adducti: idque sui gaudij signū recepit: secundus tacite dicit: Tu meum equū ascendas Menelae: ego tuam uerorem equitabo. Conuentū erat ut noctis ad horam quintā in uico Eurialus esset: spectaretque bene si cantantē Pandalum audiret. Absentia Menelaus: iamque celum noctis obduterauit tenebris. Mulier in cubili tempus manebat. Eurialus an̄ foras erat: signūque

morabatur: nec cantum audiebat: nec screatū. Jam p̄terierat
borā: et ut abiret Eurialus suadebat Alcates: delusumq; dice-
bat. Durum erat amanti recedere: et nūc vnam: nūc aliam cau-
sam manendi querebat. Nō canebat Pandalus: quia Menelai
frater domini manserat: et omnes aditus scrutabāt: ne quid insu-
diarum ficeret: nocte inq; trahebat in somnum. Cui Pandalus:
Nūnq; ne inquit hac nocte cubatū ibimus? Jam non medium-
poli transcendit axem: et me grauis occupat somnia. Miror te
cum iuuenia sis senis habere naturam: quibus siccitas somniū
ausert: nec vñq; dormiunt nisi paululum ante diem: cum cur-
rus voluit septentrionalis Elices: cum iam tempus esset sur-
gendi. Eamus iam tandem dormīcū: quid sibi volunt hę vigi-
lie! Eamus inquit Alga nēnon: si tibi sic videtur. Antea tū in-
spiciende sunt foies: an satias firmatę sint: ne furibus pateant.
Ueniensq; ad ostium: nūc rnam: nūc aliam seram admouit: et
pessulum addidit. Erat illic ingens ferrum: quod vir duo po-
terant eleuare: quo nōn unq; ostium claudebatur. quod postq;
Algamē non mouere non potuit. Juua me inquit Pandale: ad-
moueamus ferrum hoc ostio: tu n̄ dormīcū ibimus. Audiebat
bos sermones Eurialus: et actū est tacitus ait: si hoc ferramen-
tum adiungitur. Cum Pandalus: quid tu paras Algamēnon?
Tanq; domus obsidenda sit firmare ostium paras. An tutu su-
mus in civitate! Libertas hic est: et quies omnibus eadē. Cum
hostes procul sunt quibus cum bella gerimus Florētini. Si fu-
res times: sat clausum est. Si hostes: nihil est quod in bac do-
mo te possit tueri. Ego hac nocte nō subibo hoc om̄s: quia sca-
pulas doleo: et infra sum fractus: nec gestandis oneribus sum
idoneus. Aut tu te leua: aut sine. Ut satis ē inquit Alga men-
non: dormīcū cessit. Cum Eurialus: manebo hic adhuc borā
ait: si forte aliquis adaperiae. Edebat Alcate morę: tacitusq;
maledicebat Eurialo: qui se tam diu retineret in somnum. Nec
diu mansum est: cum per rimulam visa est Lucrecia parū quid

luminis secum ferens. Uersus quam pergens Eurialus: Salve
mi amante Lucrecta dicit. Et illa exterrita fugere primū roluit
Erinde recogitans: q; tu es vir ait. Eurialus tuus inquit Eu-
rialus. Aperi mea rotuptas: iam mediā noctem te hic operior.
Egnovit Lucrecia vocem: sed quia simulationem timebat: nō
pius ausa est aperte: qm secreta inter se tm̄ nota percepit.
Post hę magno labore seras remouit. Sed quia plurima ferra-
menta foies retinebant: que manus feminea ferre non poterat
ad semipedis dūcatae amplitudinē ostium patait. Nec hoc ait
Eurialus obstabit: extenuansq; suum corpus: per dexterum la-
tus intra se se cōfecit: mulieremq; mediā amplexatus est. Alca-
tes extra in excubij mansit. Cum Lucrecia siue timore nimio
siue gaudio exanimata: inter Euriali deficiēt brachia pallida
facta est. Et amissō verbo ac oculis clausis: per omnia similis
mortuę videbatur: nisi q; adhuc calor pulsusq; manebat. Etter
ritus Eurialus subito casu quid ageret nesciebat: secōq; si ab-
eo inquit mortuus sum reus: qui feminā in tanto discrimine de-
seruerim. Si maneo: interueniet Algamēnon aut aliis ex fami-
lia: et ego perierim. Deu amor infelic: qui plus sellis qm mellis
babes. Non tam absintbeum est amarum q; tu. Quot me iam
discriminibus obiecisti! Quot mortibus meum caput denouis-
sti! Hoc nūc restabat: meis in brachijs ut feminā exanimares!
Cur non me portus interimisti! Cur non me leonibus obiecis-
sti! Deu qm optabilius erat: in buius me portus gremio: qm
istam in meo finu defecisti! Uicit amor virum: abiectaque pro-
prię cura salutis: cum feminā mansit: eleuansq; altius murum
corpus: atq; deosculans: madidus lacrymis. Deu Lucrecia
inquit: Ubinam gentium es! Ubi aures tuę! Cur non respon-
des! Cur non audes aperire oculosq; obscero meq; respice. Ar-
ride mibi ut soles. Tuus hic Eurialus adsum. Tuus te ample-
ctitur Eurialus. Mi anime: cur non me contra basias meum
co! Obiisti: an dormies! Ubi te queram! Cur si mori rolebas

non me monuisti ut occidissim vna. Aisi me audis: en iam lar-
meum aperiet gladius: ut nos ambos habeat eritus vnu. Ab
vita mea: suauium meū: delitię meę: spes vnică: integra quies:
Siccine te Lucrecia perdo. At tolle oculos. Eleua caput. Non-
dum mortua ea video. Adhuc caleas: adhuc spiras. cur mibi nō
loqueris! Sic me recipis! Ad hęc me gaudia vocas! Hanc mibi
das noctem! At surge ovo requies mea. Respic tuum Eurialū.
Eurialus adsum tuus. At sic fatus: lachrymarū flumine super-
frontem et mulieris tympona pluit: quibus tanq̄ rosa aquis ex-
citata mulier: quasi de graui somno surrerit: amantęq; videns
Deu me inquit Euriale: vbi: m fui? Cur me nō potius obire-
finisti! Beata iam moriebar in tuis manib; Utinam sic exce-
derem: ante q̄ tu bac vbe discederes. Quid sic inuicē fiantur:
In thalamū pergunt: vbi talēm noctem babuerunt: qualē cre-
dimus inter duos amantes fuisse: post q̄ nauibus altis raprā
Helenam Paris abdurit. Namq; dulcis ista nor fuit: ut ambo
negarent tam bene inter Martem. Veneręq; fuisse. Tu meus
es Gamedes: tu meus Hypolitus: Diomedes meus dicebat
Lucrecia. Tu mibi Polixena es Eurialus referebat. Tu Emilia:
tu Venus ipsa. Et nūc os: nūc genas: nūc oculos cōmen-
dabat. Eleuatorq; nōnunq; lodice: secreta quę non viderat an-
tea contemplabat: et plus dicebat inuenio q̄ putaram. Talēm
lauantem ridit Attheon in fonte Dianam. Quid bis membris
formosius! quid candidius! Jam redemi pericula. Quid est qđ
propter te non debeat sustineri! O pectus decorum. O papille
primitidę. Uos ne tango! Uos ne babeo! Uos ne manus inci-
distis meas! O teretes artus. O redolens corp!: te ne ego pos-
sideo! Nūc moxi est satius: qñ hoc gaudium est recens: ne qua
interueniat calamitas. Anime mi teneo te an somnio! Vera ne-
ista voluptas est: an extra mentē positus sim reor. Nō somnio
certe. vera res agitur. O suavia basia. O dulces amplerus. O
melliflui morsus. Nemo me felicius viuit: nemo beatius. Sed
ben q̄ veloces boz. Inuida nor cur fugis. Mane apollo mane

apud inferos dlu. Cur equos tam cito in fugum trahis? Sine
plus graminis edant. Da mibi noctem ut Alchimene dedisti.
Cur tu tam repente titoni tui cubile relinquis aurora? Si tam
illi grata essem q̄ mibi Lucrecia: baud tam mane surgere te p/
mitteret. Nūc mibi nor visa est brevior: q̄ uis apud Britānos
Dacosq; fuerim. Sic Eurialus. Nec minora dicebat Lucrecia.
Acc osculum: nec verbū irrecipiatū p̄gterij. Stringbae-
bic: stringebat illa. Nec post reverem lassi iacebant: sed ut An-
theus ex terra validiore resurgebat: sic post bellum alacriores
sunt robustioresq; fieberant. Nocte p̄acta cum crines suos ex oc-
eano tolleret aurora: discissum est. Nec post multos dies rede-
undi copia fuit: crescentibus dictim custodijs. Sed omnia su-
perauit amor: viamq; tandem cōueniendi reperit: qua se v̄luri
sunt. Interca Cesar qui iam Eugenio reconciliatus erat: Ro-
manum peccare destinavit. Sentit hoc Lucrecia. Quid enim non
sentic amans quis fallere possit amantem! Sic igitur Lucre-
cia scripsit Eurialo.

Epistola Lucretie.

I posse animi meus irasci tibi: tam succenserem: q̄ abi-
turum te dissimulasti. Sed magis amat te q̄ me spirat
meus. Nulla potest et causa aduersas te moueri. Deu meū co-
quid est q̄ mibi Cesarem non dicti recessurum? Ille itineri se-
parat: nec tu malebis scio. Quid obsecro de me fiet? quid aga-
misera! vbi requiescam? Si me relinquis non vivo biduu. Per
ergo has litteras meis lachrymis madidas: perq; tam dexteram
et datam fidem: si de te quicq; merui: aut fuit tibi quicq; in
dulce meum: miserere infelictis amantis. Non peto ut maneas:
sed ut tollas me tecū. Singam me vesperi Betleem petere vel-
le: vnicamq; recipiam anum. Affine illic duo tres ve famuli ec-
tui: meq; rapiane. Nihil negotij est volentem eripere. Nec ti
bi dedecor puto. Nam filius patrem coniugem sibi rapuit para-
nit. Non iniuriaberis viro meo. Je enim omnino me perdite-

rus est. Namq; nisi me abduces moris me illi auferet. Sed noli tu
esse crudelis: meq; mortuorum relinquere: quæ te plaris semper
qj me feci. Ad huc Eurialus in hunc modu rescripsit.

Epistola Euriali.

Clavi te r̄sq; nūc mea Lucrecia: ne te nimis afflictare
anteq; tempus esset. Ocio mores tuos. Nisi quis te nū
tum crucias. Nec cesar sic recedet: ut nō sit reuerans. et vr
be postq; reuenerimus baciter est nobis in patriam. Qj si Ces
sar aliam viam fecerit: me certe si vitero redire videbis. Ac
gentes mibi supert in patriam redditur: errabundiq; familiæ red
dane Ulici: nisi hoc reuertar. Respira ergo mi anime: sumeq;
vires. Noli te macerare: quib; viue portis leta. Quod dicas
de raptu: esset mibi tum gratum: tum locundissimum. Nec
mibi maiori p̄fari volupetas posse: qj te semper mecum babe
re: ac meo ex arbitrio potiri. Sed consulendum est magis hono
ri tuo qj meq; cupiditati. Exigit nāq; fides tua qua me comple
xa es: tibi ue consilium fidele prebeam: et quod in rem fit tuam.
Tu se scha pernabilem esse: et in clara familia nuptiam. Nomen
babes tum pulcherrime: tum pudicissime mulieris. Nec apud
Icalos solum tua fortia clauditur: sed et Illeutones et Pannov
ni: et Bohemi et omnes septentriones populi tuu nomen agno
scunt. Qj si ego te rapiam: mittit dedecis meum: quod tam eau
sa flocciscerē: qua ignominia tuas afficeres necessarios: qui
bus doloribus matrem pangeras. Quid de te dicaretur? Quis
rum etiret in orbem! Ecce Lucreiam: quæ Briti cojuge la
stio: penelopeq; melior dicebat: iam mechū sequitur: imitor
domus parentū et patris. Non Lucrecia sed Ippia est: uel Jaso
nem secuta Medea. Deu me quantus mero: baberetur: cum de
te talia dici sentire. Fastic anima: nostra clara est. Nemo te nō
laudet. Rapina turbare omanis. Nec vñq; tam laudata fuisti:

qj tunc recuperareris. Sed mittamus samam. Quid! qj amore
perfrui nostro non valeremus! Ego Cesari seruo. Is me vi
rum fecit potentem et diuitem. Nec ab eo recedere possum sine
mei status ruina. Qj si cum desererem: non quirem te decenter
babere. Si curiam sequerer: nulla quies esset. Omni die castra
mouemus. Huiusq; Cesari tanta mora fuit: quanta nunc Senis.
Idq; bellū necessicas fecit. Qj si te circūducerent et quasi publi
cam feminam in castris haberem: vide qm esset tibi et mibi de
corum. His et rebus obsecro mea Lucrecia mentem ut ista et
uas: bonoriq; confulas. Nec furori magis qm tibi blandiaris.
Alius fortassis amato: aliter suaderet: et vltro te fugere prece
retur: ut te qm diu posset abuteret: nūbil futuri prouidus: dum
presenti satifaceret egritudini. Sed is non esset amator verus
qui libidini magis qm fame consuleret. Ego mea Lucrecia qd
frugi est moneo. Mane hic te rogo: nec me dubita redirerum.
Quicquid apud Etruscos incumbet agendum. Cesari: mibi cō
mitti curabo. Daboq; operam: uete frui absq; tuo incōmodo
possum. Vale. Uiae. Anna: nec meum qm tuus est ignem puta
to minorem: aut me non in uitissimum hinc abscedere. Iterū va
le mea suauitas: et anime cibua. meq;

Equieuit bis mulier: et imperata facturam se rescripsit.
Paucis post diebus Eurialus cum Cesare Romanum per
rexit: nec diu moratus illic febris est. incensus. Infelix peni
tusque comisereret amore: febrium quoq; cepit ignibus estu
pre. Ecce iam vites amor extenuasset: adiectis morbi dolos
ribus: parum supererat viri: tenebaturq; spiritus medicorum
remedijs potius qm mantebat. Cesar dictim ad eum veniebat:
et quali filium consolabatur: omnesq; curas et pollinis adbi
bere babebat. Sed nulla valentior fuit medela: qm Lucrecie
scriptum: quo viuentem illam: et sospitem cognouit. Que
res febres: aliquantisper immittuit: ipsum quoq; Eurialum

surgere in pedes fecit: qui et coronatio Cesaris interfuit: ac ibi militiam suscepit et aureum calcar. Post hoc cum Cesar Perunum peteret: is Romam manit nondum et integro sanus. Exim de Senas venit: quis adhuc debilis extenuatusq; faciem: sed intueri potuit: non alloqui Lucretiam. Epistole plures vtriusq; misse sunt. Rursus de fuga tractatum est. Tidio illic manit Eurialus. Demum cum sibi aditus omnes videret erectos: recessam eius amanti renunciat. Nunq; tanta dulcedo fuit in conuersando: quanta in recedendo mesticia. Erat in fenestra Lucrecia. Per vicum iam Eurialus equitabat. Humidos oculos alter in alterum ticerat. Flebat unus: flebat alter. Ambo doloribus vngabantur: ut qui suis ex sedibus cor euelli dolenter sentiebant. Si quis in obitu quantus sit dolor ignorat: duorum amantium separationem consideret: quis maior: bic anictias inest: et cruciatus ingentior. Dolet animus in more: quia corpus relinquit amatum. Corpus absente spiritu nec dolet: nec sentit. Ut cum duo in unum cōglutinati per amorem sunt animi: tanto penosior est separatio: quanto sensibilior est vterus dilectus. Et bic sane iam non erant spiritus duo: sed quemadmodum putat Aristophanes: vni anima duo corpora facta erat. Itaque non recedebat animus ab animo: sed unus amor scindebatur in duas. Tum cor in partes dividebatur. Mensis pars ibat: et pars remanebat: et omnes inticem sensus disgregabantur: et a seipso discedere flebant. Non manit in amantum faciebus sanguinis gutta: nisi lacrymæ suffident et gemitus. Sinullimi mortuis videbantur. Quis scribere: quis referre: quis cogitare possit illarum mentium molestias: nisi qui aliquando insaniuntur. Laudomia recedente Prothesilaio et ad sacras Ilii pugnas eum et exanguis cecidit. Eadem post hanc viri mortem agnouit: viure amplius minime potuit. Vido phenissa post fatalem Eneam recessum seipsum intermit. Nec porci post mortem voluit superesse. Nec nostra post hanc Eurialus ex visu recossit in ter-

ram collapsa: per famulas recepta est: cubiliq; data donec refueret spiritum. Ut vero ad se rediret: vestes aureas purpureasq; et omnem letitiam ornatum reclusit: petuliceisq; tunicis visa: nunquam posthac cantare audita est: nunquam visa ridere: nullis facetijs: nullo gaudio: nullis ruricis iocis in letitiam potuit revocari. Quo in statu dum aliquod tempore perseverat: egritudinem incidit. Et quia cor suum aberat: nullaq; menti consolatio dari poterat: inter multum plorantis brachia matris: ac collacrymatum: et frustra consolatorijs verbis utentes necessarios: indignantem animam exalauit. Eurialus post hanc ex oculis nunquam se amplius disiris abiit: nulli inter eundum locatus: solam in mente Lucretiam gerebat: et an unquam reverti posset meditabatur. Venitque tandem ad Cesarem Perusij manentem: quem deinde Ferraris am: Mantuam: Tridentum: Constantiam: Basileam secutus est. Ille demum in Ungariam atque Bohemiam. Sed ut ipse Cesarem: sic eum Lucrecia sequebatur in somnis: nullamq; noctem sibi quietam permittebat. Quam ut obississe verus amator agnoscit magno dolore permotus lugubrem vestem recepit: nec consolationem admisit: nisi post hanc Cesar ex ducali sanguine virginem sibi tum formosam: tum castissimam atque prudentem: matrem: non coniuncte. Habet amoris exitum Mariane mihi amatissime: non ficti: neque felicis. Quem qui legerint periculum ex aliis faciant: quod sibi ex visu fiet. Nec amatorum bibere poculum studeant: quod longe plus aloe habet quam mellis. Vale.

Eneas Silvius: picholomenei Senensis poeta laureatus: postea pri papae Secundi occupati: historia de duobus amantibus feliciter finit: Sub anno dñi. Mcccc. lxxxv. die. xv. menses Iulii. Sedente Innocentio Octavo pontifice maximus anno et primo.

¶ Registrum foliorum.

¶ Incipit
aliquis.

¶ Tempore
Eum nāq;

¶ sed arridere
adidi

¶ apud inferos

